lor,contradictorem, & tamquam veriſſimam ſequuti ſunt Burg. de Paz *conſil.2.per totum,vbi num.3.* Ioann.Garç. *de nobilitate, gloſſ.17.numer.10.* P. Molin. *dict.diſputatione 579 num.17.*D.Ioann.del Caſtill. *tom.3.cap.2. num.86.* Theſaur. *deciſione 66.num.2.in fin.*Rota Prouinc. Marchiæ *deciſione 40.parte 1.* vbi deciſum, Rota per Farinac. *deciſione 60.ex numer.1. parte 1.in nouiſſim.* vbi *num.2.* ſignanter ſubdit, ſufficere monialem habere illam partem dotis, quæ de conſuetudine monialibus tradi ſolet, Franciſc.Molin.*de rit.nupt.lib.3.quæſt.99.* vbi *numer.16.in fin.*cum Couarr. Sozin. Crauet. & Menchaca concludit hanc eſſe veriorem opinionem,tam in iudicando, quàm in conſulendo, aſſeuerans, amplius nunquam contrarium vidiſſe, Fontan. *de pact. nupt. clauſul.4. gloſſ.2.part.1.num.35. & 36.* Petr.Cauall. *conſil.104. ex num.17.* Pacian. *conſil.32. num.68.*Camill.de le Rata *conſil.24. per totum,* Adrian. Neguſ. *conſil.10.* Marius Giurba *ad conſuet. Meſanenſ. cap.3.gloſſ.7. num.55.* P.Azor *tom.2.moral.lib.2.cap.18.* P. Thom. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.7. cap.6. numer.10.* quorum ſententiam tamquam veriſſimam probamus, & communiter tenemus tam in iudicando,quàm in conſulendo.

Hæc concluſio ampliatur etiam omnibus fratribus in vita patris deficientibus, vt *infernus num.48.* oſtenſum erit.

Limitatur, ſi renuntiatio ante ingreſſum monaſterij fiat, per eam quæ ingredi monaſterium deſiderat, ſed nondum acceptata eſt, quo caſu renuntiatio non valet, ex *cap.26.* cuius ſacra diſpoſitio in renuntiatione & in omni contractu,vltro, citróque obligatorio conſtanter viget, vt per Molin.*vbi ſuprà num.21.* licèt in teſtamentis,eleemoſynis,&aliis vltimis voluntatibus contrarium teneatur, quam ſententiam etſi Gutierr.non fuit ausus terminare, *in cap.quamuis pactum, verbo dum nuptui, numer.4.* Attamen re maturiùs perpenſa, ſequitur *lib.2. canonic. cap.1.num.26.* & poſt eum id ipſum recenſent P.Molin. *tract.2.diſputatione 139.* Franciſc.Molin.*tract.de rit.nupt. vbi proximè num.26. & 27.* & fuit ita declaratum per ſacram congregationem Cardinalium, vt *in dict. cap.16.* prænotatur.

Num.28.

VIde P. Molin. *dict. diſputatione 579. num.13.* D Ioann. del Caſtill. *tom.3.cap.2. num.47.* Petr. Surd. *tract. de aliment.priuileg.56.num.41.*

Num.29.

QVa in re duo caſus conſiderandi ſunt.

Primus, ſi congruè dotata eſt filia, inſpectis facultatibus patris, aſſignationis tempore non augetur dos, vt per Mantic. *de tacit.& ambig. conuent. lib.12.titul.24.* Marius Giurba *ad conſuet. Meſan. cap.3. gloſſ.14. numer. 14. & 15.* D. Ioann. del Caſtill.*dict.cap.2.ex n.43.* Fontan. *tract.de pact.nupt.tom. 2. clauſ.9. gloſſ. vnica,part.1. numer. 33.* Carol. de Graſſ. *deciſione 2. numer. 21.* Caualcan. *deciſione 32.ex numer.15.* D. Garç. de Maſtrill.*deciſione 1.num.15.* Anton.Fab.*lib.2. Codicis titul.3.de pact.diffinitione 11.* Antonin. de Amat. *variarum reſolutione 23. num.5.*

Secundus caſus eſt, ſi pater filiam minus congruè dotabit, tunc augetur dos,habito reſpectu ad donationis, ſeu renuntiationis tempus, Vald. *in addit. ad Xuar.in l.quoniam in prioribus, limitatione 4.legis Regni.verſiculo ſecundus caſus,* Gratian.*deciſione 23.per totam.* Rota Romana *deciſ.160. numer.7.* poſt Pacificum *de Saluian. interdict.* Burg. de Paz *conſil.5.num.7.*Pet.Surd.*conſil.488. à num.*

28.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

28. *lib.* 4. Anton. de Amat. *de quo proximè, ex num.* 3. & in vtroque casu tempus renuntiationis inspiciendum est, ex auctore in præsenti, & ex communi & recepta sentētia, Pinel. *de rescind. vendit.* 3. *parte cap.* 4. *numer.* 15. Gratian. *discept. cap.* 461. *numer.* 2. Mascard. *consil.* 963. Petr. Surd. *consil.* 451. *num.* 33. Rota per Farin. *decisione* 87. *numer.* 4. *parte* 1. *in nouissim.* & 191. *ex numer.* 1. *in nou.* Alex. Ludouis. *decisione* 553. *numer.* 2. & 570. *numer.* 5. Anton. Fab. *tit. de rescind. venditione, diffinitione* 2. & 19. Cardin. Tusc. *conclusione* 295. *tom.* 5. *num.* 1. Giurba *decisione* 105. *ex numer.* 3. Riccius *in addit. ad Franch. decisione* 243. qui omnes asseuerant, in contractu momentaneo id necessum esse, prout in venditione, ex *l.* 2. *C. de rescind. venditione*, & *cap. cùm dilecti, de emptione & venditione*, & *leg.* 56. *titul.* 5. *parte* 5. & *l.* 1. *titul.* 11. *lib.* 5. *recopilat.*

Quæ regula in contractibus successiuis solet limitari, vbi læsio in quouis tempore contractus consideratur, vt in locatione, de quo per Gam. *decisione* 19. Gutierr. *lib.* 2. *quæst.* 138. Iacob. Canz. 1. *part. variarum cap.* 1. *ex num.* 253. Ioann. Franciscus de Pont. *consil.* 138. *ex numer.* 1. *volum.* 2.

Cæterùm superior principalis conclusio ampliatur, etiam si dictum sit, quòd dos loco legitimæ subrogetur. Anton. de Amat. *vbi suprà num.* 6.

Tandem vlteriùs adde quòd rescissa quandoque ex cap. læsionis renuntiatione, filiæ tantummodo legitimæ supplementum debetur, Fontan. *tom.* 2. *tract. de pact. nupt. clausula* 9. *glos. vnica, part.* 1. *numer.* 33. Anton. Fab. *lib.* 2. *Codicis titul.* 3. *diffinit.* 8. cum relatis ab Amat. *vbi suprà, num.* 2. neque ideo primogenium annullabitur, ex traditis *suprà cap.* 1. *numer.* 27. & latiùs *cap.* 15. *ex num.* 24. maximè verò si ad successionem huius primogenij ipsa filia renuntians vocata fuisset, vt *infrà numero* 35.

Num. 30. 31. & 32.

DVæ sunt opiniones Doctorum ex diametro contrariæ ac repugnantes.

Prima est quòd enormissima læsio consideratur in contractibus donationis, renuntiationis & similium, vbi minor vltra medietatem bonorum suorum largiretur, Petr. Surd. *consil.* 46. *numer.* 15. M. Anton. Peregr. *consil.* 77. *numer.* 35. *volum.* 1. Fontan. *tract. de pact. nupt. clauf.* 4. *glos.* 10. *parte* 2. *num.* 50. & *glossa* 18. *clauf.* 4. *num.* 71.

Secunda opinio est, quòd minor renuntians, vel donans consultò, & adhibito iuramento, etiam enormissimè læsus, non restituitur.

Prima opinio procedit, quando donatio minori fuit correspectiua ad aliquid, vel facta sine iusta causa, vt hîc.

Secunda verò, quando donatio fuit pura, nullo excepto, & ex mera donantis liberalitate proueniens, simúlque iusta ac honesta causa intercedente, in quo sensu auct. accipiendus est, & etiam id communiter tenentes senserunt, D. Ioann. del Castil. *de quo proximè*, Vincent. de Franch. *decisione* 119. *num.* 12. Canz. *variarum cap.* 15. *de renuntiatione ex numer.* 223. Fontan. *tom.* 2. *clausul.* 9. *glos. vnica, parte* 2. *num.* 4. qui de communi testatur.

Ampliatur hæc auctoris conclusio, etiamsi renuntiatio facta sit fratri ac patruo, Ioann. del Castill. *vbi proximè, num.* 86. quidquid in contrarium dicat Font. *dict. tract. de pact. nupt. glos. vnica. part.* 1. *num.* 43. quia hîc non inspicitur diuersitas personarum, videlicet an renunciatio facta sit patri, an verò patruo, vel fratri, & an hæreditas delata sit, nécne, tantùm namque in consideratione est ipsa causa renuntiationis, id est, institutio maioratus, cùm in eius,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ius, totiúsque Reipublicæ vtilitatem conuertatur, vt *suprà num.*28. ostensum fuit; quare consultius est, vt filia, quæ sic renuntiauit, ad eius successorem vocetur, vt maioratus firmior reddatur, ex auct. *suprà num.*35.

Num. 33.

ADde auct. *suprà num.*28. P. Molin. *disputatione* 579. *numer.* 33. vbi subdit huius sententiæ rationem.

Num. 34.

DIctum est *suprà numer.*8.

Num. 35.

SEquitur P. Molin. *dict. disputat.* 579. *num.* ...

Num. 36.

IDipsum recenset Flores Diaz de Mena in addit. ad Gam. *decisione* 219. *num.*4.

Num. 37.

VIde P. Molin. *dict. disputatione* 579. *num.*24.

*Num.*38. *vsque ad* 46.

HIs adde Paz *de non meliorand. filiabus, cap.* 10. *numer.* 102. P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom.* 2. *disputatione* 282. *versiculo, quo loco obseruat.* P. Thom. Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 7. *ex num.*50.

Quid de filia renuntiante dum nuptui traderetur, vide Menoch. *consil.* 196. *numer.* 46. Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.*3. *quæst.*95. *numer.*13. vbi concludit, auctorem locutum fuisse, quando talis renuntiatio facta fuit extra contractum matrimonij, & de materia textus *in dict. l. si vmquam*, vltra relatos, vide Mier. 1. *parte de maior. quæst.* 21. *ex num.*58.

Num. 47.

IN hac quæstione duæ reperiuntur ex diametro contrariæ sententiæ.

Prima est, quòd nepotes, etiam præmortuo parente in vita aui excluſi censentur, neque ex propria persona succedere possunt. P. Molin. *d. disputatione* 579. *ex numer.* 14. Maynard. *decis.* 23. *lib.*4. Aneus Robertus *lib.* 2. *rerum iudicatarum, cap.* 5. & vide Menoch. *consil.* 944. *num.*42. *lib.*10.

Secunda verò sententia est quòd si moriatur filius in vita parentis, cuius hæreditatem renunciauit, nepotes auo ex propria persona succedere possint, quæ tam in iudicando, quàm in consulendo receptior est. Graffis *de succes. ab intestat.* §. *legitima, quæst.* 4. *numer.* 3. Ludouic. Morosc. *consil.*22. omnino videndus, quia signanter disputat, ídque resoluit Ludouic. Peguer. *decisione Cathaloniæ* 65. 2. *part.* Vincent. de Franch. *decisione* 67. vbi Riccius alios adducit, Anton. Fab. *lib.* 2. *Codicis*, *titul.* 3. *de pact. diffinitione* 1. *& diffinitione* 14. D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.*2. *numer.*49. *& lib.*5. *cap.*67. *numer.* 52. Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.*3. *quæst.*93. *num.*16. *&* 17. Canzer *tom.* 3. *variarum cap.* 15. *ex numer.* 47. vbi ex *num.*49. hanc sententiam magis communem dicit Fontan. *tom.* 2. *de pact. nupt. clausul.* 9. *gloss. vnica, parte* 1. disputans *ex num.* 52. & sic concludens *numer.* 60. qui omnium præstantior materiam tractat, P. Azor *lib.* 2. *inst. moral. tom.*2. *cap.* 28. *quæst.* 13. P. Thom. Sanchez *dict. lib.*3. *cap.* 7. & videndus omnino Amat. *resolut.*23.

Ampliatur primò hæc communissima sententia, etiam si nepotes sint

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sint matris hæredes. Petr. Surd. *consil.* 133. *ex num.* 26. Fontan. *vbi suprà, num.* 58. Sanchez *dict. cap.* 7. *num.* 46.

Ampliatur secundò, etiam si pater aliqua dote recepta renuntiasset. Surd. *vbi suprà, num.* 30. Sanchez *num.* 44.

Ampliatur tertiò, etiamsi nepos succedere intendat cum patruis, vel auunculis, qui sunt in propinquiori gradu ipsi auo. Surd. *vbi suprà*, Sanchez *numer.* 43.

Ampliatur quartò, etiamsi renuntians euictionem promisisset pro bonis quibus renuntiarat, Sanchez *numero* 48.

Ampliatur quintò, etiamsi parens renuntiasset pro se & suis hæredibus. Sanchez *numer.* 47.

Ampliatur sextò, siue filia renuntians fuisset dotata de bonis maternis, siue nō, vt cum Alex. qui de communi refert, tenet Francisc. Molin. *tract. de rit. nuptiarum, dict. quæst.* 93. *num.* 16.

Ampliatur septimò, etiamsi ageretur de bonis fraternis. Idem *num.* 18.

Num. 48.

EX traditis ab auctore duas conclusiones obserua.

Prima conclusio est, quòd filia quæ renuntiauit in fauorem aliorum fratrum hæreditati paternæ, illis extinctis quasi deficiēte renuntiationis causa hæreditatem petere potest. Riccius *in addit. ad Franch. decisione* 67. Andr. Molfes. *ad consuetud. Neapolit. tom.* 1. *titul. de renuntiatione, quæst.* 2. *numer.* 5. *&* 6. & ex Bald. *hîc præcitato*, notant DD. quos *infrà in secunda conclusione* adducam.

Ampliatur primò hæc conclusio, vt procedat quamuis tempore mortis patris, alij fratres supersint, si illi hæreditatem delatam repudiassent, sic ex Menchaca, Maranta & Beroyo recenset Sanchez *lib.* 7. *Decalogi, cap.* 17. *num* 21.

Ampliatur secundò in renuntiatione feudi, nam quotiescumque facta est contemplatione certæ personæ, ea extincta non nocet renuntianti. *cap.* 1. *de eo qui finem fecit agnato.* Afflict. *ibi in princ.* Albens. *consil.* 380. *num.* 8. Prępos. *in cap.* 1. *§. præterea, in fin. sub num.* 2. *quibus modis feud. amit.* Bald. *in l.* 1. *quæst.* 50. *num.* 41. *ff. de rerum diuisione.* Petr. Surd. plura referens, *consil.* 446. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 3. Ludolp. Schradet. *tract. de feud. part.* 8. *cap.* 5. *num.* 26. *&* 27. Enric. Rosent. *de feud. cap.* 2. *quæst.* 20. *num.* 6. vbi plura refert *lit. D.*

Ampliatur tertiò, vt procedat, quamuis tempore renuntiationis nulli alij fratres extarent, nec descendentes, corruit etenim penitus renuntiatio illa, si tempore mortis patris adhuc non sint, vt ex Gom. Gutierr. Azor. probat Sanchez *vbi suprà num.* 20.

Ampliatur quartò in renuntiationibus ab ascendentibus factis respectu hæreditatum descendentium, vt per Molin. *dict. disputatione* 579. *num.* 13. *versiculo, eo verò.* Gutierr. *de iurament. confirmat.* 1. *parte, cap.* 19. *num.* 4. P. Sanch. *de quo proximè, num.* 54.

Ampliatur quintò in renuntiatione facta fauore lineæ masculinæ, quæ non nocet renuntianti, ea finita, Sozin. iun. *consil.* 15. *num.* 3. *lib.* 2. Bursat. *consil.* 51. *num.* 7. vbi testatur ita in Rota Romana iudicatum fuisse.

Ampliatur sextò, vbi pactum excluſiuum fœminarum in fauorem masculorum appositum est, quia extinctis masculis, fœminis non nocet, Rota per Farinac. *decisione* 535. *numer.* 2. *&* 3. *in nou.*

Limitatur primò, vbi renuntiatio à filia dote recepta facta est, tunc etiam extinctis masculis tenet, quia cùm adhuc renuntiationis causa persistat, persistit quoque renuntiationis valor, P. Sanchez *vbi suprà num.* 27.

Limitatur secundò, vbi parens, cui

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

renuntiatum est, stipulatur pro se & suis hæredibus, P. Thom. Sanchez *num.*27.

Limitatur tertiò, nisi renuntiatio fiat, eo quòd renuntians in religione profiteri velit, tunc enim in omnem euentum renuntiasse censetur, ideóque renuntiatio subsistit, quamuis cæteri omnes descendentes viuo parente deficiant, prout ex Aim. Couarr. Menchac. P. Molin. recenset Sanchez *vbi suprà num.* 23. subdens nullum succedendi ius etiam ab intestato superesse renuntianti.

Limitatur quartò, nisi eo intuitu renuntiatio facta est, vt ex illis bonis parens aliquod pium opus instituat, sic cum Molina Theologo probat Sanch. *vbi suprà num.*30.

Limitatur quintò, vbicumque adsunt descendentes illius patris, cuius hæreditas renuntiata est; Azor. *lib.* 2. *instit. moral. tom.* 2. *cap.* 28. *quæstione* 11. *num.*17.

Secunda verò conclusio est, quòd si renuntiatio paternæ hæreditatis fiat ad hoc quòd ex illis bonis instituatur maioratus, etiam cæteris fratribus extinctis, renuntians excluſa censetur, Ioan. Gutier. *in dict. cap. quamuis pactum*, §. *omnino, in fin.* P. Molin. *vbi suprà numer.* 19. Vald. *in addit. ad Roderic. Xuar. ad legem, quoniam in prioribus, limitatione* 4. *lit. H.* Iacob. Menoch. *consil.* 335. *numer.* 15. *volum.*4 P. Thom. Sanch. *vbi suprà n.*26. Ludolph. Schrader. *tract. de feud. part.*8. *cap.*5. *num.* 7. qui loquitur in renuntiatione perpetua & absoluta feudi, quorum sententia verissima est, tam in iudicando, quàm in consulendo, à qua numquam recedas, tum propter perpetuam naturam maioratus, tum etiam propter recentiorum DD. auctoritatem, inter quos nullum inuenimus qui contrarium sentiat.

Num. 49. & 50.

VIde Bald. *in l. quamuis, num.* 8. *Cod. de fideicommiss.* Dec. *consil.* 86. qui contrà tenent. Sed pro auct. adde Gutierr. *de iuram. confirmat.* 1. *parte, cap.* 19. *numer.* 2. P. Molin. *dict. disputatione* 579. *num.* .. quorum sententia receptior est, & [illegible] *ad dict. consilium Decij* id ipsum fatetur, reprobans Bald.

CAPVT IV.

Num. 1. & 2.

VIde auct. in calce operis sui *num.*9. P. Molin. *tom.*3. *de iust. & iure, disput.* 592. *ex num.*1.

Num. 3. & 4.

VBicumque substantia dispositionis in liberum arbitrium non confertur, sed tantùm electio personæ, valet dispositio, non econtrà. Hæc est auctoris conclusio, & communiter tenenda, secundùm Mier. 1. *parte de maiorat. quæstione* 48. *ex numer.* 1. P. Molin. *tom.*3. *disputatione* 592. *ex num.*2. Matienz. *in l.* 5. *gloss.*2. *titul.* 4. *lib.* 5. *recopilat.* Menoch. *lib.*4. *præsumptione* 125. *num.*2. idem *consil.* 408. *num.* 25. & *consil.* 1054. *num.*5. *lib.*12. Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicommiss. artic.* 33. *ex numer.* 52. Paz *tract. de tenut. cap.* 34. D. Ioann. del Castill. *tom.*5. *controu. cap.*67. *ex numer.* 1. Cardin. Tusc. *tom.*1. *practic. conclusione* 62. *num.*2. Monet. *tract. de commut. vltim. volunt. cap.*5. *num.* 61. & de materia textus *in l. captatoriæ*, vide D. Ioann. del Castill. *tom.*2. *controu. cap.*6 *per totum.*

Hæc præsens conclusio ampliatur primò in melioratione, quæ in arbitrium commissarij solet conferri, iuxta *l.*5. *titul.*4. *lib.*5. *recopilat.* & per Gutier. *lib.*2.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

lib. 2. pract. quæst. 42. ex num. 1. D. Ioann. del Castill. *dict. cap. 6. per totum.*

Ampliatur secundò, vbicumque substantia est certa, quia testator in certa quota, vel in certa quantitate, aliquem instituit, veluti, si conferatur electio pauperum in arbitrium alterius, non erit captatoria voluntas, Cardin. Tusc. de quo *suprà, numer. 28.* Paz *dict. cap. 34. ex num. 79.* qui loquitur, vbi distributio bonorum inter certas personas committitur.

Ampliatur tertiò, quatenus probat, quòd vbicumque substantia dispositionis in arbitrium alterius confertur, non valet dispositio, vt procedat etiam fauore piæ causæ. Cardin. Tusc. *vbi suprà, numer. 4.* D. Ioann. del Castill. *dict. cap. 6. num. 7.* assignans differentiam inter captatoriam voluntatem, & dispositionem illam, quæ ab alieno arbitrio pendet.

Num. 5. & 6.

SVccessio maioratus non ab vltimo possessore, sed à primo fundatore defertur, etiam in maioratu electiuo, prout communiter in Hispanorum primogeniis tenetur, vt per auct. *suprà num. 1. & cap. 8. per totum,* quod in specie receitset Sesse *decisione Aragoniæ 436. ex numer. 2.* P. Molin. *vbi suprà, numer. 3.* Simon de Præt. *tract. de interpretatione vltim. volunt. dub. 4. solutione 1. numer. 65.* Iacob. Menoch. *consil. 124. num. 13. lib. 2. & consil. 316 num. 4. & 5 lib. 4. & consil. 1017. numer. 1.* Paz *tract. de tenut. cap. 59. num. 190.* Vincent. Fusar. *de substit. quæst. 224. ex numer. 3. & quæstione 511. per totam.*

Num. 7.

VIde P. Molin. *dicto disputatione*

Num. 8. & 9.

IDem *vbi suprà.*

Num. 10. vsque ad 22.

REgula iuris est, quòd eligens non potest electum onere fideicommissi grauare, Vincent. Fusar. *dict. quæst. 511. per totam,* & quod arctius est, neque aliquo onere inæstimabili is affici potest, quæ sententia verissima est in iudicando & consulendo, quidquid Peralta in cõtrarium sentiat *hic* præcitatus, vt per Molin. Theolog. *dict. disputatione 579. numer. 5.* Aluarad. *de coniect. ment. defunct. lib. 2. cap. 2. ex num. 21.* Sesse *decisione 55. numer. 13. & decisione 437. n. 3.* Robles de Salzedo *de repræsentatione lib. 3. cap. 19. à num. 63.* Castill. *tom. 5. cap. 161. numer. 6.* & tamquam probabiliorem nos quoque amplexi sumus, asseuerantes equidem non posse electum aliquo onere siue æstimabili, siue inæstimabili grauari; & miror quomodo contrarium sensisset Peralta: vir alioquin doctissimus, siquidem tenetur eligens gratis electionem facere, neque ipse in eligendo aliquod gratuitum munus exercet; cùm per electionem non ipsi, imò instituto succedatur.

Hæc præsens conclusio limitatur, vbicumque grauamen in fauorem alterius ex filiis appositum est, ex Sesse *dict. decisione 55. numer. 13. & dict. decisione 437. num. 3.* Vincent. Fusar. *de fideicomm. substitutione, vbi suprà, num. 8.*

Limitatur etiam vt per auctor. *infrà num. 32.*

Num. 22. vsque ad 25.

ELigendi successorem facultas, si fuit ad tempus mortis restricta, electio antea facta non tenet, ex ra-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tione, de qua in præsenti. P. Molin. *tract. 2. de iustit. & iure, disputatione 593.* Aluarad. *de coniect. ment. defunct. lib. 2. cap. 2. numer. 25.* Aluar. Valasc. *consultatione 102. ex numer. 23.* Cald. Pereyr. *de vniuers. iure emphyt. quæstione 3.* Flores de Mena *lib. 3. variarum, quæst. 22. ex num. 16.* idem *in additione ad Gam. decisione 36. num. 1.* Auend. *in leg. 17. Tauri. gloss. 6. & in l. 25. num. 3.* Paz *tract. de tenut. cap. 34. ex numer. 52.* Cartar. *decisione 35.* Rota per Farinac. *decisione 323. ex num. 1.* & eligere potest semel, aut pluries vsque ad mortem variare, etiamsi electio, seu nominatio ipsa per viam donationis inter viuos, aut cuiuslibet contractus facta fuerit. D. Ioann. del Castill. *lib. 2. controu. cap. 26. ex num. 63.* idem *tom. 6. cap. 80. ex num. 18. & cap. 182. numer. 19.* Fontan. *in additione ad tractat. de pact. nupt. tom. 2. numer. 7. versiculo finaliter.* P. Molin. *tract. 2. disputatione 593.*

Hoc limitatur, si testator iussit bona sua post mortem hæredis pauperibus restitui, quia etsi restitutio fiat in vita, tenet, eo quòd testator nullam affectionē ad certos pauperes habuit, vt per Bald. *in l. post mortē, n. 16. C. de fideic.* & hæc est communis sententia in iudicando & consulendo, licèt alij contrarium sentiant, quos refert Zeuall. *communi. quæst. 684. ex numer. 1.* sequitur Mantica *lib. 8. coniecturarum, titul. 5. numero 26.*

Et hæc limitatio procedit, quotiescumque bona inter pauperes pro prima vice diuidi iussit testator, cæterùm si in perpetuum iussit, quòd in die natiuitatis Domini, vel Sancti Ioannis Baptistæ, talis eleemosyna distribueretur, in hoc casu propter deuotionem defuncti, & formam præscriptam non poterit hæres, vel patronus, ante illius temporis aduentum, pauperibus eleemosynam præbere, Zeuall. *dict. quæstion. 684. num. 4.* vbi ita seruari in Ecclesia Toletana testatur.

Limitatur etiam hæc recepta conclusio fauore dotis, vt per Valasc. *dict. consultatione 102. num. 1.* Flores de Mena *vbi suprà ex numer. 18.* Cald. Pereyr. *de quo proximè n. 49.* quod intellige, vbi adest pactum de nō reuocādo, ex Valasc. & Pereyra, quos refert D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu. cap. 80. numer. 40.* vel vbi traditio secuta est, vt præfati tenent.

Num. 25. vsque ad 31.

IDem recenset P. Molin. *dict. disputat. 593.* & de interpretatione textus *in l. post mortem*, hîc prę̃citata. Vide M. Ant. Peregrin. *de fideicommiss. artic. 2. numer. 51.* Anton. Fabr. *super Codice titul. de fideicommiss. definitione 13.* Castill. *d. cap. 80. num. 10.*

Num. 31.

SEquitur P. Molina *vbi suprà.*

Num. 32. & 33.

HIs maximè sunt conducibilia adducta per auctor. *infrà cap. 11. num. 4.* & in specie Canzer *variarum resolut. parte 3. cap. 15.* remissiuè. Fontan. *de pact. nupt. clausul. 4. gloss. 9. parte 5. numero 82.*

Num. 34.

HIs adde Flores de Mena *d. quæst. 22. numer. 9.* P. Molin. *d. disputatione 593. numer. 3.* Paz *de tenut. d. cap. 34. numer. 53. & 54.* Rota per Farinac. *decisione 323. ex num. 1.*

Num. 35.

COncluditur hîc, quòd si electio competit ex contractu, eligens variare potest, & adducitur textus *in l.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in l. eum qui certarum. §. fin. ff. de verborum obligationibus, qui textus ad materiam maioratus protrahi non debet, quia est omnino diuersa, & loquitur in eligente nomine proprio, & ad propriã vtilitatẽ: quod secus in electione, quę fit in electione maioratus, & ex volũtate alterius, quo casu electio videtur facta ab institutore maioratus, & non ab eligẽte, ex adductis *suprà n.* 12. ex quo infertur, quòd facta electione personæ, etiam in contractu per possessorem maioratus, sic functus est officio suo, tanquam si ab ipso possessore maioratus facta esset, & per consequens non poterit reuocare, etiamsi in actu eligendi ius reuocandi conseruaret, ex *l.* 35. *Tauri*. Cæterùm ab auctoris sententia in praxi non est recedendum, ex adductis à Flores de Mena *lib.* 3. *variarum, cap.* 22. *num.* 130. videndus *ex num.* 9. *& numer.* 14. vbi respondet ad textum *in d. §. finali*, Castill. *tom.* 5. *cap.* 80. *numer.* 10. *cum seqq.* vbi latiùs de hoc. Ego sanè in eadem sum opinione, præcipuè re integra, nam facta traditione siue vera, siue ficta, de qua dicemus *infr. lib.* 4. *cap.* 2. ampliùs non licebit variare, vel si tempore electionis intercedat pactum de non reuocando, iuxta magis communem sententiam, vt per auct. *d. cap.* 2. & comprobatur ex his quæ adducit Bart. *in d. §. final. num.* 4. nempe, quòd in specie illius legis non admittitur variatio post litem contestatam, & hoc ex ea ratione, quia per litis contestationem perfectè videtur facta electio, cùm litem contestando dicatur quis contrahere. *l.* 33 *de peculio*. Ita Imol. *in d. §. final. sub num.* 5. *colum.* 2. cuius meminit Cumanus *ibidem num.* 5. Flores de Mena *d. cap.* 22. *num.* 30. Castill. *de quo proximè*. Peralta *in l. vnam ex familia, num.* 19. *ff. de legat.* 2. quod absque dubio procedit, quando electio fit per contractum, & competit ex contractu: secus verò vbi in tempus mortis electio commissa est, ex adductis *sup. numer.* 23. *&* 34. Pereyr. *de vniuers. iure. §.* 3. *cap.* 2. *numer.* 7. Valasc. *d. consultatione* 102. *num.* 29. Paz *d. cap.* 34. *ex numer.* 60. Flores de Mena *in additione ad Gam. d. decisione* 36.

Num. 36.

VIde Aluar. Valasc. *decisione* 102. *numer.* 17. *&* 23. Caldas *vbi supr.* 3. *parte cap.* 3. *numer.* 50. *& cap.* 8. *num.* 1. Paz *d. cap.* 34. *n.* 57. Flores de Mena *vbi suprà*. Rota per Farinac. *d. decisione* 323. *numer.* 2. *part.* 1. *in nouissimis*. Thesaur. *lib.* 1. *quæst.* 65. *num.* 7. Petr. Surd. *consil.* 264. *à numer.* 7. *lib.* 3. Simon de Præt. *de interpretatione vltimæ voluntatis, folio* 40. *solutione* 4. D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 26. *num.* 65. *& cap.* 160. Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substitutione, quæst.* 510. P. Molin. *de quo proximè, numer.* 4. Quid si protestatur elector, vt possit variare, vide Crauett. *consil.* 719. *numer.* 24. *lib.* 4.

Num. 37.

ADde P. Molin. *vbi suprà*, Paz *numer.* 65. vbi *numer.* 81. quid de facultate meliorandi marito concessa.

Num. 38.

VIde P. Molin. *dict. disputatione* 593. *numer.* 5. Mier. *de maiorat. parte* 1. *quæstione* 19. *num.* 5. Ioann. Petr. Fontan. *de pact. nupt. clausul.* 4. *gloss.* 10. *part.* 1. *num.* 49. Gam. *decis.* 173. vbi Flores de Mena explicat & limitat.

Num. 39.

LAtiùs per Mier. *de maiorat.* 1. *parte quæst.* 19. *per totam*. Auend. *de exequend. mand. part.* 1. *cap.* 19. *num.* 22. in qua quæstione cum auctore sic distinguendum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

censemus, aut elector scienter indignum eligit, & tunc locum habet opinio affirmantium electorem esse priuandum pro ea vice, potestate eligendi, ex iuribus hîc præcitatis, prout etiam repetit auct. ex *numer.* 15. ídque æquè militat tam in officiis Ecclesiasticis, quàm secularibus, ex traditis à Natta *consil.* 244. *num.* 4. Achil. de Grass. referens in Rota decisum *decisione* 282. *num.* 4.

Hæc recepta sententia ampliatur in patrono præsentante scienter indignum, vt per Menoch. *de arbitr. cent. 6. casu* 511. *numero* 1. & licèt Spin. differentiam constituat inter patronum Ecclesiasticum, & laicum, Varall. tandem *decisione* 293. *part.* 2. Zeualloz *commun. lib.* 2. *quæst.* 658. *num.* 4. cum pluribus aliis ab hac distinctione recedunt.

Aut ignoranter electio, seu nominatio indigni facta est, tunc verò elector non priuatur facultate cæterùm nominandi, Menoch. *vbi suprà*, & latiùs Fontan. disputans hunc articulum, *tract. de pact. nupt. clausul.* 4. *gloss.* 10. *parte* 1. *ex n.* 41. vbi *num.* 53. quærit quid in electione plurium, quando ex dispositione electio de tribus personis habilibus fieri debet, & vnus solus eligatur inhabilis.

Num. 40.

VIde Mier. *de maiorat.* 1. *parte*, *quæstione* 19. *ex numer.* 3. Menochium *vbi proximè*. Fontan. *dict. clausul.* 4. *numero* 50.

Num. 41.

IN fideicommissis hanc sententiam probamus, Petr. Surd. *consil.* 264. *num.* 32. *lib.* 2. *& consil.* 369. *numer.* 14. *& per totum volum.* 3. Peralta *in l. vnum ex familia. §. sed si fundum. ff. de legat.* 2. *numer.* 19. Simon de Præt. *de interpretatione vltim. volunt. folio* 186. *num.* 9. *& folio* 329. *numer.* 74. Rota per Seraphin. *decisione* 1219. *num.* 2. Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substitutione*, *quæstion.* 505. *&* 380. vbi *num.* 12. *cum seqq.* limitat. P. Molin. *d. disputat.* 593. *num.* 4.

Num. 41.

IN successione maioratus, auctoris sententia verissima est. P. Molin. de quo *suprà*, Gam. *decis.* 18. & *ibi* addit Petr. Surd. *consil.* 369. *numer.* 14. *lib.* 3. *& consil.* 375. *eodem lib.* Simon de Præt. *vbi proximè*, *num.* 74. Vincent. Fusar. *dict. quæstione* 505. *&* 380, *num.* 2. Amat. *resolutione* 1. *num.* 17. vbi præcedentem regulam, de qua *suprà num.* 41 limitat quando ex dispositione vnus duntaxat succedere debet, prout in Hispanorum primogeniis compertum est, vt per auct. *suprà lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 31. & in specie sic tenet Fontan. *clausul.* 4. *gloss.* 9. *part.* 5. *num.* 11. vbi decisum.

Num. 43. *&* 44.

HIs adde D. Ioann. del Castil. *lib.* 4. *controu. cap.* 36. *numer.* 11. P. Molin. *tract.* 2. *de iust. & iure*, *dict. disputatione* 593. *numer.* 7. Mier. 1. *part. quæst.* 48. *n.* 293. subdens quòd facultas eligendi durat, donec quis per litem contestata ad eligendum interpellatus fuerit, & hæc auctoris distinctio, videlicet multum referre, an de rerum, an de electione personarum agatur, verissima est secundùm auctores præfatos; quare in legatis piis facultas eligendi expirat per lapsum anni, & hoc est communis & recepta sententia, prout resoluunt Couarr. *in cap.* 3. *de testam. num.* 7. Padill. *in l. cùm quidam*, *num.* 27. *ff. de legat.* 2. Gregor. Lopez *in l.* 25. *titul.* 9. *parte* 6. *gloss.* 2. & cum aliis Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *pract. cap.* 43. *lib.* 2. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 36. *numer.* 16. cum aliis, quos citat

tom.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tom. 5. *cap.* 182. *numer.* 22.

Num. 45. & 46.

VIde D. Ioann. del Castill. *tom.* 4. *controu. cap.* 121. *ex numer.* 54. Petr. Surd. *consil.* 369. *lib.* 3. Iacob. Menoch. *consil.* 1107. *ex numer.* 14. *lib.* 12. asseuerantes, quòd si facultas data est ex contractu eligendi vnum de familia, & hoc cum geminatione singularis numeri, duo eligi non possunt, & his adde adducta *suprà num.* 42.

Num. 47. *vsque ad* 50.

PRo Gregor. hîc præcitato videndus est Aluarad. *de coniecturat. ment. defuncti, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 20. sed auctoris sententia aduersùs Gregor. verior, & receptior est, eámque transtulit P. Molin. *tom.* 3. *de iust. & iure, disputatione* 591. *num.* 1. *vsque ad numer.* 8. idémque profitentur Azeued. *in l.* 3. *titul.* 6. *num.* 17. *lib.* 5. *recopilat.* Mier. *de maiorat.* 1. *parte, quæstione* 7. *numer.* 3. Burg. de Paz iun. *qu. est.* 2. *num.* 12. vbi limitat, nisi patri sit concessa facultas faciendi maioratum in vnum ex filiis suis, quem voluerit, quo casu duos maioratus facere posse contendit, quem increpat, & ab eo discedit D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *controuers. cap.* 121. *numer.* 59. & 60. vbi in comprobationem huius sententiæ plura alia adducit, & vide auctorem *infrà cap.* 11. *num.* 48.

Num. 50.

IN hanc sententiam propendunt P. Molin. *de iust. & iure, tract.* 2. *disputatione* 591. *numer.* 5. Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *canonic. quæst. cap.* 15. *num.* 94. vbi subdit, ita in facti contingentia consuluisse Royas *tract. de testam. cap.* 23. *numer.* 22. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 3. *casu* 203. *num.* 32. & *lib.* 6. *præsumptione* 40. *numer.* 1. Acazius *de priuileg. lib.* 2. *cap.* 5. *à num.* 58. Hercul. Maresc. *lib.* 2. *variarum, cap.* 182. P. Thom. Sanchez *tract. de matrim. lib.* 8. *disputatione* 22. *ex numer.* 2. idémque esse de iure Regni probant *l.* 39. *titul.* 18. *part.* 3. *l.* 2. *titul.* 15. *lib.* 8. *recopilat.* & *ibi* Azeued. *num.* 14. & in priuilegio vide Cardin. Tusc. *conclusione* 552. *num.* 9. *lit. P.* Gutier. *vbi suprà num.* 92.

Num. 51.

IN dispensatione vide Gutierr. *vbi suprà num.* 91. Sanchez ex *dict. numer.* 2. Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substitut. quæst.* 408. *num.* 169.

Hæc auctoris conclusio ampliatur,

Primò, etiam in dispensationibus ab inferioribus concessis. P. Thom. Sanch. *vbi supr. num.* 7.

Ampliatur secundò, etiamsi in posteriori est clausula, *motu proprio*, &, *ex certa scientia*, quia adhuc subreptitia erit, non facta prioris mentione, idem *num.* 8.

Ampliatur tertiò, etiamsi in posteriori dispensatione dicatur, *non obstante priori*, nisi illius quoque mentio fiat, Mieres *in editione* 1. *part.* 1. *quæst.* 7. *num.* 2. P. Thom. Sanch. *de quo proximè num.* 2.

Limitatur primò, quòd non est necessaria mentio, quando non est aliqua contrarietas inter vtramque dispensationem. Sanchez *vbi suprà num.* 3.

Limitatur secundò, nisi posterior ex noua causa sufficienti peteretur, quia cũ tunc noua sufficiénsque causa cõcurrat, nulla fraus Principi fiat, tacita priori dispensatione. Sanchez *vbi suprà numer.* 12. ídque probatur *infrà lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 42.

Limitatur tertiò, quando prior dispensatio est irrita, vel prius priuilegium nullum, tũc enim non est necessaria illorũ mentio in posteriori, quia cùm nullius valoris sint, perinde videntur, ac si impetrata non essent Idem

num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

numer. 21. Monet. *tract. de commutatione, cap.* 6. *num.* 340.

Et eadem conclusio habet locum in rescriptis, rescripta namque non tenent, non facta de prioribus mētione. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 202. *numer.* 62. Gutierr. & Sanchez *de quibus suprà*. Monet. *dict. cap.* 6. *n.* 326. idémque reassumit auctor *suprà lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 31.

Ampliatur primò, etiamsi rescriptum fuisset impetratum ab ipsomet impetrante, Menoch. & Monet. de quibus *suprà*, hic *numer.* 331. ille *num.* 64.

Ampliatur secundò, vt procedat etiam in causa appellationis, Menoch. *num.* 66 *&* 67. Monet. *num.* 333.

Ampliatur tertiò, in impetratione secundi rescripti, quod tendit ad augendam confirmandámque concessionem primam. Menoch. *numer.* 67. Monet. *dict. num.* 333.

Ampliatur quartò vt procedat, quoad notabiles clausulas rescripti primi, quas in impetratione secundi pars narrare debet. Menoch. *numer.* 69. Monet. *num.* 334.

Ampliatur quintò, etiam si vnum rescriptum sit ad vnum iudicem, & alterum ad alium. Monet. *num.* 332. Cæterùm prædicta regula limitatur, vt non procedat vbi primum rescriptum vnius impetrantis esset generale, nam alter impetrans secundum speciale, non tenetur prioris generalis mentionem facere. Monet. *dict. num.* 35.

Limitatur secundò, quando secundum fuit concessum motu proprio, Monet. *num.* 336.

Limitatur tertiò, vbi primum rescriptum ad lites fuit ab impetrāte vltra annū occultatum, tunc si aduersarius aliud impetrauerit, necesse non habet in eo narrare illud primum rescriptum sui aduersarij. Monet. *numero* 337.

Num. 52.

HIs omnibus adde Gutierr. & Sanchez, *de quibus suprà numer.* 50.

Num. 53.

VIde auctores præcitatos, & vltra eos *infrà lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 40.

Num. 54.

SEquitur Flores Diaz de Mena *pract. quæst.* 19. *numer.* 33.

Num. 55.

NOuissimè cum auctore resoluit D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *controu. cap.* 121. *numer.* 55. & idem tenet Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 10. *num.* 41.

Num. 56. 57. *&* 58.

COnsonat P. Molin. *tract.* 2. *de iust. & iure, disputatione* 592. *num.* 12.

Num. 59. *&* 60.

QVando eligens ad successionem maioratus non est vltimus possessor maioratus, sed alius tertius, tunc non potest eligere filium suum, qui sub ipsius potestate est; si verò hæc electio vltimo maioratus possessori commissa est, rectè quidem eligere potest ex auct. de quo in præsenti, & Molina Theologo *vbi suprà*, Aluarad. *de coniectur. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 2. *numer.* 31.

Et auctoris conclusio, de qua *hic numer.* 60. limitari solet, quando mater meliorauit in vltima voluntate vnum ex filiis, quem pater elegerit, tunc namque eligere potest pater filium suum in potestate constitutum, prout est

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

est de mente præfatorum DD. *in dictis locis præallegat.*

Num. 61.

ADde P. Molin. *dict. disputatione* 592. *ex num.* 13.

Num. 62.

QVando ius eligendi competit nomine & iure alieno, communis ac vera resolutio est, quòd censetur electa industria personæ, & ideo tanquam personalissima ad successorem non transit: at verò quando venit iure proprio, & in consequentiam alicuius iuris præambuli, transit ad hæredes, ad quos ius illud transire debet, vt post auctorem, tenent iuris interpretes, pro Comitatu de Baylen ex *n.* 87. vbi *num.* 90. in hoc regio ac supremo Consilio decisum refert; & in singulari successore Alberic. per auctorem relatus; at in facultate declarandi datur per testatorem fideicommissario, & in facultate eligendi datur inter filios masculos, quæ eadem ratione inter filios repetita censetur, & in emphyteut. Vide Bald. *in l. si stipulatus fuero. hic præcitata, lectur.* 1. Alberic. *ibi num.* 1. Paul. ante *num.* 1. Angel. & Alex. *num.* 1. idem Bald. *consil.* 93. *volum.* 1. Abb. *consil.* 80. *numer.* 4. & 5. *volum.* 2 Tob. Nonius *consil.* 14. *numer.* 16. Paul. Parisi. *consil.* 36. *numer.* 42. *volum.* 2. Tiraquel. *de utroque retract.* §. 1. *gloss.* 3. *numer.* 33. Aufrer. *quæstione* 1. *numer.* 131. Cardinalis Mantic. *tract. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 39. *num.* 49. Et in quæstione maioratus eandem distinctionem sequuti sunt P. Molin. *tom.* 3 *de iustitia & iure, disputatione* 592. *numer.* 15. *versic. ius eligendi.* Caued. *decisione* 143. *parte* 1. Gam. *decisione* 206. vbi Flores de Mena *num.* 9. Mier 2. *parte de maiorat. quæstione* 6. *num.* 278. *in vltima editione*, subdens, quòd electio commissa per fundatorem maioratus transit ad successores, referens decisionem Gamæ. Fontan. *tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 9. *parte* 5 *numer.* 12. *fol.* 121. D. Ioann. del Castill. *lib.* 4. *controu. cap.* 36. *num.* 60. & 61. & *tom.* 5. *cap.* 87. *ex num.* 81.

Hæc communis sententia ampliatur primò in singulari successore, ad quem transit ius eligendi, translato iure cui adhæret, ex *l. si sic.* §. *fin. ff. de legat.* 1. & *in dict. l. si stipulatus fuero, lect.* 1. & 2. Alberic. *ibi numer.* 2. Paul. *numer.* 1. *in fin.* Iacob. Cuiac. *in recitationibus solemnibus ad dict. l. si sic*, & plures referens Caued. *dict. decisione* 143. *numer.* 3. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 9. *parte* 5. *num.* 12.

Ampliatur secundò in feudis. Marin. Freccia *de subfeudis lib.* 2. *quæst.* 44. *num.* 4. quatenus probat talem facultatem eligendi concessam feudatario esse feudalem.

Ampliatur tertiò in facultate declarandi data per testatorem commissario, quæ ad hæredes non transit, quia cùm sit ad commodum tertij, non transmittitur, secus si esset ad commodum illius, qui declarare debebat, nam tùnc transmittitur; sic cum Gomezio resoluit Azeued. *in l.* 5. *titul.* 4. *lib.* 5. *recopil. num.* 18.

Ampliatur quartò in facultate eligendi data inter filios masculos, quæ eadem ratione inter filias repetita censetur, per substitutionem factam de filiabus. Menoch. *consil.* 215. *num.* 167. *cum pluribus sequentibus.*

Ampliatur quintò in emphyteusi, nam si alicui fundus in emphyteusim concedatur, pro se aliisque duobus quibuscumque ab eo nominandis, defuncto emphyteuta ius nominandi transit ad eius hæredem, ex iure sibi transmisso, sequitur alios referens Petr. Surd. *consil.* 384. *numer.* 54. *lib.* 3. & Burg. de Paz *in leg.* 1. *Tauri*, *ex numer.* 428.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 63.

IBi, *incessibilem esse.* Ratio est, quia declaratio animi requirit personalitatem, quæ in arbitrium alterius committi non potest. Bald. *in l. nulli, numer. 4. C. de Episcop. & cleric.* Alex. *in l. 1. numer. 6. ff. de leg. 2.* Bartol. *in l. in venditione. §. fin. ff. de bonis auct. iudic. possid.* Geminian. *in cap. fin. §. sanè, num. 11. de testam. in 6.* Cardinal. *consil. 49. num. 5.* Petr. Surd. *consil. 433. num. 16. & 17. lib. 3.* Zifuent. *in l. 31. Tauri, numer. 5.* Gom. Arias *numer. 6.* Anton. Gom. *numer. vlt.* Tell. Fernand. *numer. 4.* Castill. *in l. 38. num. 9. & 16.* Palac. Rub. *num. 5.* Matienz. *in l. 5. titul. 5. lib. 5. gloss. 7. num. 3. recopilat.* Carol. Ruin. *in l. more. numer. 17. de iurisdict. omn. iudic.* Iacob. Menoch. *lib. 2. præsumptione 21. num. 15.* qui omnes in executoribus ac commissariis testamentorum hanc sententiam tenent.

Hoc limitatur in facultate concessa ad faciendum maioratum, quæ potest alteri cedi. Mier. 1. *part. quæstione 48. ex num. 1.* D. Ioann. del Castill. *dict. cap. 36. num. 1.*

CAPVT V.

Num. 1. & 2.

HIs adde D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controuers. cap. 67. ex numer. 3.*

Num. 3.

VIde Mier. *de maiorat. 1. parte, quæstion. 48. num. 11.* Alex. Raudens. *decisione Pisan. 38. num. 341.* P. Molin. *de iust. & iure, disputatione 594. ex num. 1. & 2. vt infr. num. 23.* Castill. *vbi suprà.*

Num. 4. & 5.

SVper hac re contrarias DD. sententias comperimus. Prima est, quòd filia exclusis masculis eligi non potest, vt aduersùs auct. defendunt Aluarad. *de coniecturat. ment. defunct. cap. 3. §. 4. numer. 48.* & pluribus adductis D. Ioan. del Castill. *lib. 2. controu. cap. 26. numer. 36. & 56.* Secunda verò sententia est, quòd ille, cui à maioratus institutore libera eligendi facultas commissa est, vt inter filios & filias, quem vellet, ad maioratus successionem eligat, poterit exclusis filiis masculis, etiam natu maioribus, filiam eligere, prout subdit constanter auctor *hîc*, quem referunt, & sequuntur P. Molin. *tract. 2. de iust. & iure, disputatione 594. num. 2.* subiũgens id electori licere, etiamsi primogenitus masculus dignior & aptior sit, Mier. 1. *parte, de maiorat. quæstion. 72. numer. 6.* Alex. Raudens. *decisione Pisan. 38. numer. 342.* Paz *tract. de tenut. cap. 34. numer. 113. & 114.* vbi sic concludit Zeuall. *quæst. 265. num. 6.* Ioann. Gutierr. *lib. 2. quæst. 67. numer. 3.* D. Ioann. del Castill. *tom. 6. cap. 160. ex num. 12.* Et pro eadem sententia expendi possunt adducta per auct. *infrà cap. 11. ex numer. 35.* & adde Valent. *consil. 40. numer. 42. cum seq.* Et hæc est communior & receptior sententia, quæ ex libera eligendi facultate, tam apud auctor. nostrum, quàm apud præfatos Doctores fundamentum capit, neque ab ea dissentire videtur Don. Ioan. del Castill. *cap. 26.* quia in illo casu occurrenti aderant circunstantiæ & coniecturæ nonnullæ, quæ pro masculo non mediocriter adstringebant, vt notum erit intuenti rectè, & declarat ipsemet auctor nouissimè *dict. num. 12.* de quo proximè. Quorum sententia retenta, ampliatur primò, vt locum habeat in facultate regia, si ita concedatur, vt maioratus institutor possit illum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

illum in persona filij, vel filiæ, provt sibi libuerit, instituere, vt per auct. *infr. num.* 6.

Ampliatur secundò, ad eas personas, quæ ex mandato testantis primogenia inter filios eiusdem instituunt ex legum Tauri constitutione, ex auct. in calce operis sui *num.* 9.

Ampliatur tertiò in emphyteusi concessa cum facultate nominandi filium, vel filiam. Gam. & alij à Castillo citati.

Ampliatur quartò, vt elector, cui libera eligendi facultas data est, possit eligere etiam remotiorem dummodo electus talis electionis incapax non sit, vt cum auctore recenset Mier. 1. *parte, de maiorat. quæstion.* 71. Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæst.* 69. *num.* 3. Zeuall. *commun. quæstione* 265. *numer.* 6. & ratio est, quia incapaces nunquam censentur vocati, & semper præsumitur quòd testatur se conformabit cum dispositione iuris communis. Fusar. *de fideicommiss. substitutione, quæstione* 317. *ex numero* 19.

Nec personæ extraneæ de familia. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 87. *num.* 34. hoc enim esset contra maioratus naturam, & præsumptam ipsiusmet institutoris voluntatem, Paul. *consil.* 335. *numer.* 2. *volum.* 4. Socin. *consil.* 160. *à num.* 48. *lib.* 2. *& consil.* 251. *numer.* 1. *ad fin. versic. ex quibus vltimè. lib.* 2. Paris. *consil.* 44. *num.* 20. *&* 21. *volum.* 3. Menoch. *consil.* 498. *numer.* 19 *lib.* 5. *& consil.* 105. *numer.* 43. *cum seqq. & consil.* 1006. *numer.* 35. *versiculo quæ ad tertium. & num.* 36. vbi in causa Comitatus de Oliua tenuit quòd præcedente vocatione familiæ, vel agnationis, si concedatur testandi facultas, restringitur ad eos, qui sunt de familia; & eodem *infrà* in simili facultate disponendi alios adducens vtitur Boër. *decisione* 202. *numer.* 2. *versic. & sic per hanc disponendi licentiam*, & in pulchra specie Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *clausul.* 4. *gloss.* 25. *num.* 23. *&* 24. vbi proponit quæstionem *in numer.* 20. & aliam similem *num.* 28. *versiculo hanc opinionem.* Pechius *de testamentis coniugalib. lib.* 1. *cap.* 13.

Et præfatam ampliationem protende, vt etiam hoc casu elector non possit inimicum capitalem maioratus institutoris eligere, vt *infrà numero* 10.

Cæterùm superior conclusio limitatur primò in foro conscientiæ, ex auct. *infrà num.* 59.

Limitatur secundò, si de voluntate fundatores maioratus contrarium appareat. Paz *vbi suprà, dict. numer.* 114. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 26. *num.* 56. *versic. respondetur etiam.*

Limitatur tertiò, vt per auct. *infrà num.* 15.

Num. 6.

PRo Gregorio *hîc* præcitato, vide Mier. 1. *part. quæstione* 16. saltim *num.* 4. Sed auctoris sententia verior, & receptior est, prout in priori casu, de quo *suprà numer.* 4. adduximus, neque inter vtrumque aliquod discrimen inueniri potest, extante libera facultate eligendi, & ipsemet Gregor. sibi contrarius id profitetur *in l.* 32. *titul.* 9. *part.* 6. *gloss.* 3. *verbo sed pone, quæst.* 15. & pro hac parte vide P. Molin. *dict. disputatione* 594. *num.* 3. Raudens. *dict. decisione* 38. *numer.* 342. vbi limitat cum auctore, quãdo Regia facultas conceditur iuxta maioratus, seu feudi naturam, Paz *dict. numer.* 114. & iterum *cap.* 59 *numer.* 14. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 160. *num.* 14. *&* 15.

Num. 7. 8. *&* 9.

HIs adde P. Molin. de quo proximè, *num.* 3. *vsq. ad num.* 5. Raudens. *dict. decis.* 38. *num.* 344. Fusar. *de subst. quæst.* 317. *num.* 9.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 10.

VIde P.Molin. *vbi suprà*, Cald. Pereyr. *de potest.eligend. cap.* 1. *ex numero* 35.

Et auctoris sententia ampliatur primò, etiam in descendentibus ab odiosis,& inimicis testatoris, vel fundatoris maioratus,ex Fusar. *de fideicom. substit.quæst.*317.*num.*2.

Ampliatur secundò, etiamsi ista inimicitia ex defectu fundatoris maioratus proueniat,vt per Fusar. *de subst. dict.quæst. num.*15.

*Num.*11.*vsque ad* 14.

ADde P. Molin. *dict.disputatione* 594. *ex numer.*3. *vsque ad numer.* 5. Raudens. *decisione* 37. *ex numer.* 190. Cald. *de potest.eligend.cap.*1.*ex num.*31.

Num. 14.

VIde auct.*suprà numer.*4.reliqua verò prosequemur loculenter *infr.*

*Num.*15.*vsque ad*20.

IDem recensent P.Molin. *dict.disputatione* 594.*numer.* 5. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 67. *numer.* 3. Vincent. Fusar. *de fideicommiss.substitutione,quæst.* 504.*num.*2. quo casu elector pro ea vice priuatur potestate eligendi, iuxta tradita per auctor. *suprà cap.* 4. *num.*39. & *ibi* notata, & refert in Rota decisum Achil. de Grass. *decisione* 298. *numer.* 5. & 6.

*Num.*20 *vsque ad*22.

HOc ipsum consentaneè resoluunt Vincent. Fusar.*dict.quæstione* 504. P. Molin. *dict. disputatione* 594. *à num.*5.

*Num.*22.*vsque ad* 25.

PRo auctore aduersùs Gregor. hîc præcitatum, vide P. Molin. *de quo proximè*, vbi subdit ampliùs, quòd etsi sustineatur electio huiusmodi, erit tamẽ iniqua,& elector lethaliter peccauerit,tum ex illo prauo animo,cùm etiam indignus præferatur digno.

Quare hæc conclusio limitatur,vt non habeat locum in foro poli, ex auctor.*suprà ex numer.* 69. ex *ibi* adductis.

*Num.*25.& 26.

MAtrimonium in articulo mortis contractum validum est, & filij antea procreati legitimi censentur,& substitutum excludunt. Hæc est auctoris conclusio, & communis omnium sententia,quos referunt nouissimè D. Ioann. del Castil. *tom.* 5.*controu. cap.*111.*ex numer.*32. vbi *ex numer.*30. contrarias opiniones refert Vincent. Fusar.*de fideicommiss.substit. quæstion.* 409.*x num.*80.vbi *num.*88.de communi ac veriori testatur.

Hæc recepta sententia ampliatur primò, etiamsi matrimonium cum muliere vili contrahatur.Fusar.*vbi supr. num.*95.

Ampliatur secundò etiam in nato ex Monacho & Moniali intra annum probationis, idem *num.*104.

Ampliatur tertiò, etiamsi aliquod impedimentum canonicum tempore matrimonij obstaret, dummodo contrahentes, vel alter eorum id ignorassent,Fusar. *de quo proximè,numer.* 109. & 110. vbi contrarias opiniones refert.

Limitatur primò, vt per auct. *infrà num.*27.& in calce sui operis *num.*8.

Limitatur secundò in spuriis, quia non legitimantur per subsequens matrimonium.Idem *num.*123.

Limi-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Limitatur tertiò, quando clandestinè matrimonium fuit contractum, Fusar. *vbi suprà, numer.* 98. *&* 99. vbi declarat.

Num. 27.

COnsonant Peregrin. *tract. de fideicommiss. articul.* 24. *num.* 59. Ioseph. de Rustic. *in l. cùm auus , lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 62. M. Anton. Petr. *de potest. Principis, cap.* 32. *numer.* 61. Polydor. Rip. *de actis in articulo mortis , cap.* 2. *numer.* 4. Corbul. *tract. de iure emphyt. in additione magna ad titulum , an legitima admittat. numer.* 9. & relati à P. Thom. Sanchez *lib.* 7. *parte* 2. *disputatione* 105. Fusar. *de substitutione, quæstione* 409. *numer.* 90. Perez de Lara *de vita homin. cap.* 30. *numer.* 211. & vltra relatos vide iterum auct. in notis huius operis *num.* 8.

Dissentiunt Bald. *in rub. C. de priuileg. dot. numer.* 2. Menchac. *frequent. cap.* 3. *numer.* 41. Couarr. *in Epitom. part.* 2. *cap.* 8. §. 2. *numer.* 10. Sarmient. *lib.* 1. *solut. cap.* 6. *ex numer.* 8. Spin. *in specul. testam. gloss.* 15. *principali , numer.* 86. Rochus de Viegas *in repetitione capit. tanta, qui filij sint legitimi, numer.* 52. vbi plura adducit, Ioann. Garç. *tract. de nobilitate, gloss.* 21. *numer.* 59. P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom.* 1. *disputatione* 172. *colum. penult.* P. Thom. Sanchez *dict. disputatione* 115. *ex numer.* 10. Ludouic. de Casan. *consil.* 21. *ex numer.* 6. & plures alij, quos refert D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 111. *ex num.* 32.

Cæterùm, ni fallimur, horum sententia nobis tutior videtur, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum, tum ex regula text. *in cap. tanta, qui filij sint legitimi*, tum etiam ex æquitate, ac consona ratione iuris, quæ non patitur matrimonium extare, valere, ac quidem subsistere, filiósque antea procreatos legitimos simul ac insuccessibiles esse. nam aut matrimonium in articulo mortis contractum deficit in substantialibus , & tunc filij tanquam illegitimi substitutum non excludunt, ex auct. *infrà lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 48. *& lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 45. aut validum est, tunc verò ex communiori sententia etiam ad exclusionem substituti legitimi censentur, vt *suprà numer.* 25. ergo si efficiuntur legitimi , qua de causa excluduntur, si capaces; quare non admittuntur, vtpote vocati & proximiores? deinde, si dolus in contrahendo non reddit nullum matrimonium, quomodo illius matrimonij effectus impedire potest: aliàs nulla erit dabilis differentia inter filios per subsequens matrimonium legitimatos, & inter eos, qui nullo modo legitimi efficiuntur, cùm illi statim quo legitimantur, ex dispositione maioratus admissi censentur; hi verò, prout dictum est, semper remanent excluſi , neque oppositum facit *l. filiæ meæ. ff. solut. matrim.* quæ pro aduersa parte vulgò adduci solet. nam ibi agebatur de ficto repudio, quod à legibus improbatum est, *l. dubium* 3. *C. de repud.* Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 424. *numer.* 78. *versiculo, placet.* At verò matrimonium in articulo mortis contractum, etsi per fraudem & dolum, vt quis substitutum excluderet, nullo iure improbatur, validúmque est, ac tenet , filiósque antea procreatos, aut non faciet legitimos, aut successores faciet. Et simili ratione non obstat *cap.* 2. *de renuntiatione lib.* 6. vbi si adest coniectura fraudis, non valet renunciatio beneficij in articulo mortis facta, quia ibi nullum quæritur ius, cùm renunciatio non teneat , tamquam fraudulenta; sed in præsenti matrimonium valet, & legitimat prolem susceptam, quamuis ad exclusionem substituti fiat fraudulenter ac dolosè, multum enim interest an valeat actus, licèt in cõsequentiam tertio præiudi-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cium afferat, an deficiat, quia priori casu non expectatur quod secundariò contingi poterat, quia grauatus vtitur iure suo, etiam praua illa intentione ad exclusionē substituti: qui autē iure suo vtitur, non est censendus dolosus, neque iniuriā vllam alicui in eo facit, prout aduersùs auct. constanter defendit P. Molin. *dict. disputatione* 594. *numer.* 6. Hæc pro hac postrema parte non parum adstringunt, nisi tanti ponderis auct. in contrarium suaderet, præcipuè cùm in notis huius operis contrariam (vbi in aliquibus dissentit) sententiam firmet.

Num. 28. & 29.

REgula est, quòd monasterium excludit substitutum. Vincent. Fusar. *de substitutione, quæstione* 424. *ex num.* 1. vbi limitando, & ampliando, plures casus adducit, etiamsi grauatus ingressus sit monasterium in mortis articulo, vt in præsenti, & per Fusar. *vbi suprà, num.* 78. videndus *ex num.* 76.

Hæc communis sententia limitatur *hic*, quando grauatus religionem ingressus est, vt substitutum excluderet, veluti si dixisset, quòd in eius odiū ingredietur monasterium, Fusar. *de quo proximè, ex numer.* 75. vbi plures de communi testantes refert, sequitur Canzer *tom.* 2. *variarum, cap.* 11. *num.* 231.

Contrarium resoluit P. Molin. *dict. disputatione* 594. *numer.* 6. de qua controuersia vide *suprà numer.* 27. vbi ostensum est.

Num. 30. *vsque ad* 44.

NOn video, qua ratione probabili id securè affirmari possit, etiam in vtriusque electione, digni scilicet, & indigni, cùm talis electio non egreditur facultatem eligendi, à maioratus institutore electori concessam; sic sanè dissentiunt P. Molin. *dict. disputation* 594. *numer.* 7. Iacob. Canzer *lib.* 3. *variarum, cap.* 8. *numer.* 383. & 387.

Num. 44. & 45.

PLura adducit Farinac. *de falsitate quæstione* 153. *num.* 209. vnde subtractio, vel occultatio instrumenti præsumitur ab eo facta, in cuius commodum cedit. Boss. *de indiciis*, *num.* 63. & post alios idem Farinac. *dict. num.* 209. & idem *tract. de furt. quæstion.* 76. *numer.* 89. & *decisione* 122. *part.* 1. *lit. A.* in decisionibus criminalibus.

Num. 46. *vsque ad* 50.

CVm proposuisset auctor *suprà* quandam distinctionem, & in prima specie, quæ incipit, ex *numer.* 1. dixisset, quòd quando electio in voluntatem alicuius commissa est, hic non tenetur præcisè dignum eligere: sed potest etiam eligere eum, qui in dignitate facti indignus est; nunc verò in hac secunda specie tenet, quòd quando electio non in libera electoris voluntate, sed in eius arbitrio commissa est, non potest eligere indignum, & consentaneè id ipsum sequitur P. Molin. *vbi suprà disputatione* 595. *num.* 2. subdens, quòd tunc electio retractatur, & maioratus digno confertur; idem recenset D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 67. *numer.* 8. Denique mox subiungit auctor, valere tamen electionem, si elector misso digniori dignum eligat; quam sententiam in hac specie proculdubio veram esse existimamus, ex ratione de qua *infrà numer.* 55. vt ponderat P. Molin. de quo *suprà*, reiecta Panormitani, & Decij opinione, prout in præsenti *numer.* 48. ab auctore taxatur, & limitatur *num.* 50.

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 50. vsque ad 57.

SVperior conclusio limitatur *hîc, & suprà numer. 56. & 66 & numer. 69. versicul. si verò*, vbi protenditur, tam in electione bonorum, quibus administratio concessa est, quàm aliorũ bonorum patrimonialium; *& num. 71.* vbi idem concludit auct. & comprobant Alex. Raudens. *decisione Pisan. 37. numer. 292.* Vincent. Fusar. *de substit. quæst one 504. numer. 3.* Hieron. Zeuall. *commun. quæstione 659. num. 2.* P. Molin. *vbi suprà num. 7.* & refert decisum addit. ad Ludouis. *decisione 11.* in qua specie non anxiè ac strictè procedendum est, sed solùm excessus notabilis meritorum, nõ autem minimus considerandus erit, ex auctor. *infrà numer. 74.* & in simili *cap. 13. num. 34.*

Num. 57. vsque ad 59.

ETiam in conferẽdo officia secularia, hæc sententia probabilior est. nam licèt eligens dignum omisso digniori, lethaliter peccet, prout ostensum est *numer. præcedenti*; tamen ad restitutionem non tenetur, ex ratione de qua in præsenti, vt idem fatentur Zeuall. *commun. quæstione 659. ex num. 2.* Less. *de iust. & iure, lib. 2. cap. 32. dubitatione 3. titul. de acceptione personarum. & lib. 2. cap. 34. titul. de beneficiis*; vide P. Manuel Rodriq. *in summa quæstione 106. conclusione 8.* Gutierr. qui plura adducit de electione digni, *lib. 2. canonic. quæstione 11.* quæ sententia in iudicando & consulendo tenenda est, & repetitur *infrà num. 92.*

Primò hæc sententia limitatur in electione canoniarum magistralium, doctoralium, & beneficiorum, vbi collatio digniori per edictum promittitur, ex auctore *infrà versiculo, Hæc autem*, & in id conueniunt P. Molin. *vbi suprà. num. fin.* Nicol Garç. *de benefic. 7. parte, cap. 16. ex numer. 26.* vbi contrarias opiniones refert, & *num. 30.* sic concludit; & quòd in hoc casu electio sit nulla, tenet addit. ad Ludouis. *decisione 11. versiculo secundo quod in curatis.* Mariscot. *lib. 11. variarum cap. 52. ex numer. 19.* subdens quòd in concursu ad beneficia curata, dignior eligi debet, licèt secus in beneficiis simplicibus, addit. ad Ludouis. & Garç. de quibus proximè, illa *versiculo, tertiò quod in aliis*, hic verò *num. 42.* videndus *ex numer. 31.* quæ omnia ad bonorum patrimonialium distributionem extendi non possunt, si à vero domino fiat, ex auct. *infrà num. 60. & 71.*

Limitatur secundò, quando electio de indigno facta est, vt *hîc numer. 58. & infrà num. 72.* vbi protrahitur hæc sententia ad electionem in maioratu, cui annexa iurisdictio est, in qua specie necessariò elector tenetur eligere digniorem, ex traditis *numer. 69. versic. in secundo autem*, & his adde auctores pręcitatos *num. 50. & 57.*

Et superiori sententia, si indistinctè vera est, saltim electores tenentur ob violatam iustitiam distributiuam, propensiorem curam habere illius dignioris prætermissi, vt commendat auct. *num. 58. versiculo, sed quamuis*, & recenset Alex. Raudens. *decisione Pisan. 38. numer. 342.*

Num. 59. vsque ad 72.

FVsiùs vsque ad *numer. 72.* disputat auctor, an pater Regiæ facultatis virtute, vel legum Regiarum decisione teneatur in foro conscientiæ, si primogenium instituat, filium digniorem eligere; & licèt pro parte affirmatiua constringere videatur decisio textus *in l. fœminæ. C. de secund. nupt.* tandem ex *num. 60. vsque ad numer. 63.* de iuris rigore videtur contrarium sentire, quamuis *num. 64.* priorem sententiam moribus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

moribus consentaneam esse agnoscit, & pōdus totius resolutionis in eo resident, scilicet quòd pater bonorum suorum est moderator & arbiter, de quibus libere disponere potest; mater verò, prout *in dict. l. fœminæ* compertum est, tantùm de bonis mariti, in quibus liberum dominium non habet, sed tenetur ea liberis prioris matrimonij intacta seruare. *l. 26. titul. 13. parte 5. l. 4. titul. 1. lib. 5. recopil.* Ioann. Gutierr. *lib. 2. pract. quæst. 18. num. 6.* Ayora *de part. 1. parte cap. 7. numer. 21.* qui reseruata liberis proprietate vxori tantùm vsumfructū concedit. Ioann. Garc. *tract. de coniugal. quæstu. numer. 4.* P. Thom. Sanchez *lib. 6. de matrimonio, disputatione 41.* de quo videndus est P. Molin. *dict. disputatione 595 numer. 5. & 6.* vbi alia adducit. Postremò ex *num. 67.* super eadem re auct. congruentiùs distinguit, & de prima specie distinctionis P. Molin. *vbi proximè numer. 4.* Vincent. Fusar. *de substitut. quæstione 504. numer. 4.* qui cum auctore *numer. 69. versiculo, in secundo autem casu,* consonat. Et est circa hactenus dicta obseruandum, quòd hæc omnia pariter, tam in officiis, quàm in beneficiis procedunt, ex auctor. *numer. 76. & 69. versiculo, in secundo.* nam officia, vbi non militat diuersa ratio, proculdubio beneficiis æquiparantur. Philipp. Decius *in l. fin. in fin. C. de pact.* Flamin. Paris. *de resignatione beneficiorum, lib. 12. quæst. 1. numer. 36.* Francisc. Marc. *decisione 906. num. 12. parte 2. titul. 625. num. 5. & 6. part. 1.*

Pro secunda specie huius distinctionis, vide P. Molin. de quo proximè *numer. 4. 5. & 6.* vbi quoad melioration-em tertij in contraria sententia est, ductus eo quòd huius portionis libera dispositio parentibus inter suos descendentes, tam Regia facultate, quàm legibus Regni concessa est, ex auct. *supra num. 61.* ita liberè vt nepotibus & pronepotibus, etiam existentibus filiis, relinqui potest, quam sententiam nos quoque veram esse profitemur, asseuerantes, in foro conscientiæ, & fortiùs in foro exteriori parentibus licere, tam in 3. quàm in 5. filium indignum instituere ac meliorare, & in specie sic tenet Angul. *tractat. de meliorat. in l. 2. gloss. 4. numer. 7. & 8.* & ad rem facit quod auctor adducit *supra num. 60.*

Num. 72.

His adde D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu. cap. 91. num. 67.* & vide *supra num. 57.*

Num. 73.

Sequitur P. Molin. de quo proximè *num. 3* & ante eum idem fatetur Gutierr. *lib. 2. canonic. quæstione 11. numer. 65. in fin.*

Num. 74.

Faciunt ad rem tradita per auct. *infra cap. 13. num. 54.*

Num. 75. vsque ad fin.

Vide P. Molin. *dict. disputatione 595. num. fin.*

CAPVT VI.

Num. 1. vsque ad 9.

Adde Mier. *4. parte de maiorat. quæstione 20. numer. 363.* Velazq. de Auend. *in l. 41. Tauri, gloss. 1. num. 7.* Paz *de tenuta, quæstione 58. parte 2. ex num. 12.* M. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. articul. 51. numer. 36.* Cardinal. Mantic. *lib. 6. de coniectur. titul. 9. num. 8.* & latiùs D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

controu. cap. 93 §. 10. ex num. 1. vsque ad fin. Zalaz. *tract. de vsu, & consuetudine, cap. 7. numer. 3.*

Num. 9. vsque ad 15.

VIde auct. *infrà numer. 56.* in cuius sententiam propendimus cum Velazq. *in dict. l. 41. gloss. 8. numer. 1.* Matienz *in l. 1. titul. 7. lib. 5. recopilat. gloss. 6. per totam*; & quod de viribus huius consuetudinis auctor congessit; compertũ est omnibus, vt per Hieron. Papo. *consil. 20. n. 30.* & ex tali cõsuetudine oritur præscriptio iuris & de iure, quę non admittit probationem in contrarium, Anton. de Butr. *in cap. peruenit, num. 7. de censibus.* Felin. *in cap. cum nobis, num. 7. de præscript.* Vincent. Honded. *consil. 79. ex num. 11 lib. 1.* Iacob. Menoch. *consil. 70. num. 96. cum sequentibus.* Hippolyt. Riminald. *consil. 368. ex numer. 29. lib. 4.* Bertaz. *consil. ciuil. 76. numer. 28.* Francisc. Bec. *consil. 180. ex num. 26. lib. 4.* Sylvest. Aldobr. *consil. 10. numer. 17.* & his non relatis Barbos. *de præsumptione iuramenti, num. 360.* tandem probata hac consuetudine immemoriali probatur melior titulus de mundo, vt præter alios latiùs comprobat Hieroni Gonz. *in rubr. octaua Cancell. gloss. 18. n. 45.* vbi ex Rota pluries decisum testatur.

Num. 15.

SVper hac re contrarias Doctorum sententias inuenimus. Prima est eorum, qui contendunt, in hac consuetudine immemoriali scientiam & patientiam desiderari, vt per Cauale. *decisione 4. numer. 55.* Bald. *consil. 352. num. 3. volum. 1.* Bartol. *in l. 4. §. in omnibus, num. 1. & 2. de public.* Alex. Raudens. *consil. 1. numer. 461.* Aretin. *in l. more, num. 4 ff. de acquir. hæreditat.* Salicet. *in l. 2. num. 3. & 6. C. noua vectig. inst. non poss.* post Ferrarien. *in forma libelli super actione confessoria §. plenam, & omnimodam iurisdictionem, numer. 15. folio 323.*

Alij in contrarium sentiunt, vt per Bald. *in cap. 1. num. 3. quæ sint regal.* Salicet. *in l. 2. numer. 4. C. noua vectig. instit. non poss.* Aretin. *in cap. peruenit, numer. 6. de censibus.* Imol. *in l. 1. §. denique, numer. 17.* & *ibi* Roman. *n. 4. de aqua pluuia arcend.* Felin. *in cap. cum nobis, num. 2. de rescript.* Purpur. *in l. imperium, num. 183. de iurisdict. omn. iudic.* Balb. *tract. de præscript. 3. parte principalis, gloss. 6.* vbi dicit ita tenendum; & de communi testatur Mascard. *de probat. conclusione 1215. numer. 42. & 46.* vbi etiam de communi, & pluribus relatis Georg. Acaz. *lib. 1. de priuileg. cap. 4. num. 24.* & eandem sententiam communem dicit Paul. Paris. *consil. 27. num. 34. lib. 1.* Tiber. Decian. *resp. 124. numer. 49. lib. 3.* Nicolaus Euerad. iun. *consil. 47. numer. 11. cum sequentibus, lib. 1.* Cost. *consil. 49. numer. 8. & 9.* Ferret. *consil. 124. num. 5. lib. 1.* Peregrin. *tract. de iure fisci, lib. 1. titul. 2. numer. 66.* Camill. Borrell. *de præstantia Regis Catholici, lib. 1. cap. 8. numer. 44. & 45.* Horosc. *in l. imperũ, n. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Bellalob. Didac. Peres, Mieres, quos refert Azeued. *in l. 1. titul. 15. lib. 4. recopilat. num. 11.* Auendan. *tract. de exequend. cap. 8. numer. 24.* Garçia *de nobilitat. gloss. 7. numer. 7.* Barbos. *in l. comperit, ex numer. 130.* Menoch. *consil. 91. & consil. 147.*

Cæterùm hæc sententia, & eorum, qui cum auctore consentaneè tenent, verior & receptior est, & in præscriptione iurisdictionis aduersùs Principem tempore immemoriali idem tenent Bald. *in l. 1. Cod. de colluss. detegenda. numer. 3.* Alex. *consil. 30. numer. 17. lib. 5.* Marant. *in l. & potest, num. 299. ff. de acquirend. hæredit.* Mascard. *lib. 2. de probat. conclusione 879. numer. 15.* Mier. *de maiorat. 4. parte, quæstione 20. numer. 258.* latiùs Barbos. *vbi sup. numer. 130.* qui pluribus sequentibus hanc sententiam aduersùs Couarruuiam, & alios veriorem dicit,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cit, quam in praxi dicit esse magis receptam, *l. 1. titul. 4. lib. 4. recopilat.* vbi aduersùs Principem præscriptio illius legis procedit, nulla facta distinctione hanc habeat scientiam, nec ne.

Num. 16. vsque ad 20.

REgula iuris est quòd præscriptio extensionem non recipit de casu ad casum, de re ad rem, nec de persona ad personam, Bald. *consilio 256. num. 1. lib. 2.* Ludouic. Roman. *consil. 368. num. 8. & consil. 389. num. 9.* Alberic. *in cap. cùm olim, num. 7. de præscript.* Bartol. *in l. 2. §. in omnibus. num. 4. ff. de Public. in rem actione.* Iason *consil. 81. num. 12. lib. 3.* Rebuffus *tract. de decima, quæstion. 14. num. 9.* Anton. Natt. *consil. 656. num. 30.* Aymon Crauet. *consil. 343. num. 7. volumn. 4.* Ant. Fab. *super Codice titul. de adquirend. possessione, definitione 3. titul. 2. fol. 329.* Cardinalis Tuscus *tom. 6. practic. litt. P. conclusione 340.* Surd. *consilio 393. numer. 21.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 36. num. 97.* Sixtinus *de regalibus lib. 1. cap. 5. numer. 171.* Mier. *4. parte, quæstione 20. numer. 348. & 349.* Seraphin *decisione 802. numer. 6. tom. 1.* Ludouis. *decisione 162. numer. 6. & 7.*

Hæc regula fallit, quando præscribitur ius reale in genere, quo casu, qui fundat in vno, habet intentionem totius iuris vniuersi. *l. vna est via. ff. de seruit. rustic. prædior. l. is qui vsufructu meo, ff. quibus modis vsusfructus amittit.* Roman. *consil. 198. num. 4* Marcus Antonius Peregrinus *lib. 1. variarum. num. 101.* Iacobus Canzer *variarum 3 parte, cap. 5. num. 128* Petr. Surd. *consilio 323. num. 47. lib. 1.* Bruno à Sole *in propos. iuris litt. B. versiculo præscriptio, folio 155.* & ideo qui percipit decimas de certis fructibus, percipit de omnibus, postquam factum est territorium decimale. Doctores *in cap. cùm in tua, de decimis*, vbi Abbas *num. 6. in 3. notabili, & consilio 75. versiculo, secundò principaliter.* Achil. de Grass. *decisione 4. num. 5. & 6. de decimis.* Crauet. *tractatu de antiquitate, parte 4. numer. 37.* Marta *voto 66. numer. 14.* qua ratione hanc præscriptionem contra nascituros extendendam censuit auctor, de quo *infrà numer. 22. & 56.* & latiùs *lib. 4. cap. 10.* vbi prosequemur.

Num. 20. & 21.

HIs adde Curtium iun. *consil. 26. numer. 10. part. 1.* Hieron. Gabriel *consil. 82. à num. 19. lib. 2.*

Num. 22. & 23.

HIs adde Ancharan. *consil. 339. num. 8.* Bald. *consil. 219. numer. 4. lib. 2.* Crauet. *consil. 171. numer. 14. & consil. 199. numer. 12.* Menoch. *consil. 1043. numer. 14. lib. 11.* Mier *4. parte, quæstione 20. num. 40. ad finem.* Concluditur itaque communi omnium sensu, hæc præscriptio nullam vim obtinet, nisi primogenitus alios fratres habuerit, aduersùs quos possit inchoari. Ancharan. *consil. 339. numer. 8.* Bald. *consil. 215. numer. 4. lib. 2.* Aymonius Crauet. *consil. 171. numer. 14. & consil. 197. num. 22.* Iacob. Menoch. *consil. 1043. numer. 14. lib. 2.* & in maiorat. Mier. *4. parte, quæstione 20. numer. 40. ad finem.* Prosper Farinac. *decisione 445. numer. 4. & 5. parte 1. in nouissimis.* Et sana huius rei ratio adducitur ab auctore, quia in hisce iurium præscriptionibus requiritur, quòd aduersarius sciat & patiatur, vt pluribus relatis resoluit, & de communi testatur Alex. *consil. 16. numer. 13. lib. 5.* Aymon Crauet. *de antiquita. 4. parte, versic. absolutio, num. 15.* Afflict. *decisione 67.* & ita fuisse iudicatum refert Capycius *decisione 57.* Cæsar Barz. *decisione 61. numer. 19.* & in iurisdictionalibus idem probat Menoch. *consil. 147. numer. 55. lib. 2.* & quòd hoc debeat concludenter probari, tenent post Abbat. & Felin.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& Felin. *in cap. de quarta, de præscript.* Bursat. *consil.* 257. *numer.* 13. *lib.* 3 Ferret. *consil.* 61. *numer.* 14. Ioann. Zephal. *consil.* 442. *numer.* 35 *lib.* 2. quia est quid facti, & in casu simili videndus est Fusar. *de substit. quæstione* 308. *num.* 58. & probatur scientia ex notorietate, & publica voce, & fama, secundum Bartol. *in l. is potest, numer.* 16. *ff. de acquir. hæredit.* Paul. Paris. *consil.* 72. *num.* 2. 6. *lib.* 3. gloss. & Doctor. *in l. si tutor. C. de percul. tutorum.* gloss. *in cap.* 1. *verbo publicè, de potestate prælatorum*, atque etiam ex actibus per longum tempus successiuis, Aymon post alios plures *vbi suprà* 4. *parte*, §. *materia, numer.* 62. Mascard. *de probatic. conclusione* 1294. *ex n.* 15. Cost. *de iuris & fact. ignorant. inspect.* 64. *numer.* 9 & de modo probandi vide Sfortia *tract. de in integ. rest. quæst.* 48. *artic.* 7. *num.* 30. Cæsar Barz. *decisione Bononiens.* 61. *num* 19. *& decisione* 48 *num.* 23. *&* 27. Andr. Tiraquel. *de retract.* §. 36. *gloss.* 2. *num.* 31.

Num. 24. 25. & 26.

COntrarium tenet Auendan. *in l.* 41. *gloss.* 8. *in fin.* Sed auctoris opinio receptior est, vt per Garç. *in diuisione oper. de nobilitate, num.* 57. Burg. de Paz *quæst.* 2. *num.* 131. Peres de Lara *lib.* 1. *de anniuersar. & capellan. cap.* 5. *ex numer.* 47. Caualcan. *decisione* 28. *num.* 28. & præter eos vide Mier 4. *parte, quæst.* 11. *numer.* 82. Flores Diaz de Men. *in addit. ad Gam. decisione* 215. vbi subdit, quòd vnico successionis actu & ex consuetudine decennali cum aliis coniecturis transit onus probandi in aduersarium.

Num. 27. *vsque ad* 29.

DE interpretatione legis partitæ vide Mier. *de maiorat.* 4. *parte, quæstione* 20. *ex num.* 171. & an immemorialis probetur scripturis, addit. ad Ludouis. *decisione* 51. *num.* 10. Maresc. *lib.* 2. *controuers. cap.* 100. *num.* 16. Farinac. *decis.* 32. *num.* 2. *parte* 1. *in nouissimis.* Idem Mier. *vbi sup. num.* 279. *&* 295.

Num. 29.

HIs adde Mieres 3. *parte cap.* 7. *num.* 4. *&* 5. Auend. *in l.* 41. *gloss.* 17. *num.* 2. Matien. *in l.* 1. *gloss.* 12. *titul.* 7. *lib.* 5. *recopil. numer.* 2. Idem penes Seraphin. *decis.* 430. *numer.* 10. *parte* 1. & hæc est magis communis opinio. Farinac. *d. quæstione* 42. *numer.* 258. Mascard. *consil.* 749. *num.* 2. Surd. *consil.* 472. *num.* 20.

Num. 30.

CIrca requisita testium, & de qualitate eorum in præscriptione primogenij, Mier. de quo proximè *numer.* 181. *cum seqq.* vbi & an eos esse bonæ famæ, sit necessarium probare. Burgos de Paz *consil.* 16. *num.* 5. Couarr. *in regula possessor.* 2. *parte.* §. 3. *numer.* 7 & licèt Angel. *hic* præcitatus loquatur in statutis, in quibus stricta interpretatio fieri debet, idem si hoc lege caueatur, vt in præsenti cum auctore consulendum censemus, ex traditis. Magon. *decisione* 93. *numer.* 7. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 1. *num.* 36. Farinac. *quæst.* 47. *num.* 204. *& quæst.* 62. *num.* 8. Matienz. *in l.* 1. *glos.* 8. *num.* 2. *&* 3. *titul.* 7. *lib.* 5. *recopil.* vbi Azeued. *numer.* 26. latè Zeuall. *quæst.* 900. *numer.* 110. *cum seqq.* Mier. 4. *parte, quæst.* 20. *num.* 97. Velazq. de Auend. *in d. l.* 41. *gloss.* 11. *numer.* 2. vbi dicit verissimum. Alter Auend. *tract. de exequend. mandat. cap.* 6. *num.* 6. Garç. *tract. de expens. cap.* 9. *numer.* 14. Ierond. *de gabellis*, 4. *parte, numer.* 27. & de communi testatur Ioann. Gutier. *tract. de gabellis. quæst.* 163. *num.* 9. *&* 10. vbi *num.* 11. subdit quòd hæc Angeli communis opinio intelligenda est, quando lex canonica, vel statutum, ratione illius qualitatis, quam exprimit,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

illos testes admittit, qui alioquin iure non essent admittendi, in quo sensu concludit Angel. locutum fuisse: at verò praxis aliquando contrarium obseruat.

Num. 31.

His adde P. Molin. *tract. 2. disputatione 75. num. 9.* Velazq. de Auend. *in dict. l. 41. gloss. 12. num. 1.* Farinac. *decis. 445. n. 2. part. 1. in nouiss.* & iuxta interpretationem text. *in l. 41. Tauri*, vide Cardinal. Mantic. *decisione 289. numer. 3.* Ludouis. *decisione 196. & 298.* vbi de ætate testium, & *ibi* addit. inter alia subdit, quòd ex solo rumore immemorialis præscriptio excluditur.

Num. 32. & 33.

HArum legum dispositio ad alios casus, in quibus de probanda immemoriali consuetudine contēditur, ex paritate rationis protrahenda est, eo quòd in Regno nullas alias leges habemus de hac consuetudine pertractantes, cuius probationis generalem formam præstant, & quamuis in casu speciali disponant, exempla non arctant regulam.

Contrarium tenent Azeued. *in dict. l. 41. numer. 22. & 23.* P. Molin. *tract. 2. disputatione 76. numer. fin.* Valenz. Velaz *consil. 93 num. 36.* qui esse restringendas ac limitādas asserunt, quia sunt leges correctoriæ, & quæ à iure communi exorbitant; sed auctoris sententia verior & receptior est, neque prædicta vrgent, cùm omnes leges Tauri non correctorias iuris communis, sed declaratorias esse ostensum est, ex *l. 6. titul. 1. lib. 2. recopilat.* & comprobatur ex adductis *infrà lib. 3. cap. 6. num. 24.*

His adde Auend. *in d. l. 41. gloss. 7. & 15.* Matienz *in d. l. 1. gloss. 10. numer. 1.* Addit. ad Ludouis. *decis. 196.* vbi cum Couarru. *hic* præcitato asseuerat Rotam sensisse hoc requisitum necessariū esse de iure cōmuni in probatione immemorialis præscriptionis, & sic cognitum ante legem Tauri. nam & de ea non meminerat Pontifex *in cap. licèt ex quadam, de testibus*; meminit tamen *gloss. 1. verbo ab vno*, & fuit de mente glossæ *in cap. 1. verbo memoria, de præscriptionibus*, & ex materia textus *in l. si arbiter, de probat. & l. 29. titulo 16. parte 3.* Valenz. Velazq. *consil. 93. ex numer. 33.* Gutierr. *lib. 3. practic. quæst. 63. numer. 13.*

Num. 34.

VIde Mier. *4. parte, quæstione 20. num. 704. cum sequentibus.* Vincent. de Franch. *decis. 56. numer. 5. 19. & 24.* Nicol. Garç. *de benefic. 1. parte cap. 2. numer. 42.* Rota per Ludouis. *decisione 252.* vbi addit.

Num. 35.

IDipsum agnoscunt Roman. *consil. 9.* Aym. Crauett. *consil. 216.* Cardinal. Mantic. *lib. 7. titul. 7. num. 5.* Alex. *consilio 143. lib. 4.* Dec. *consil. 173.*

Num. 36. *vsque ad* 39.

SEquitur Velazq. de Auendan. *in dict. l. 41. gloss. vltima, num. 3.*

Num. 40. 41. & 42.

SIc tētum in praxi refert idem Velazq. *gloss. 12. ex numer. 11. & gloss. 13. per totam.* Idem probant alter Auend. *de exeq. 1. parte cap. 6. num. 6* Matienz. *in d. l. 1. gloss. 9. ex numer. 2. & 11.* Rota per Ludouis. *decisione 196. numer. 1. & 298.* P. Molin. *tract. 2. disputatione 76. numer. 4.* Valenz. Velazq. *consil. 93. numer. 33.* Cardinal. Tusc. *verbo præscriptio immemorialis, conclus. 552. num. 4.*

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 43. vsque ad 51.

ISta sanè quæstio eget laboriosa disputatione: ego autem, vt iuxta institutum meum procedam, duas breuiter contrarias opiniones constituo.

Prima itaque est, quòd centenaria præscriptio æquiualet immemoriali. Canz. *in extrauagant. volentes, fol. 28. num.* 37. 46 *&* 49. Loaz. *in allegatione pro Marchione delos Velez. dubitatione* 3. *folio* 449. Brixian. *tract. fin. regundor. cap.* 70. *numer.* 3. Simon de Præt. *consilio* 75. *numer.* 2. *&* 3. Socin. iun. *consilio* 6. *lib.* 3. *&* *consilio* 65. *&* 77. *n.* 74. *lib.* 1. Natt. *consil.* 446. *n.* 11. *&* *cons.* 456. *n.* 14. Tiber. Decian. *resp.* 24. *n.* 111. *&* *num.* 114. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 90. *num.* 44. Albens. *consilio* 64. *numer.* 58. Rot. *decis.* 545. *num.* 1. *parte* 1. *&* *decisione* 210. *&* 214. *lib.* 2. *parte* 2. *in nouissimis*, *&* *decisione* 243. *&* 717. *lib.* 3. *parte* 3. & per Farin. *decis.* 584. Riccius *collectan.* 638. Mier. *de maiorat.* 4. *parte*, *quæstione* 20. *ex num.* 230. Valenz. Velazq. *consilio* 79. *numer.* 121. Secunda verò opinio priori ex diametro contraria est, vt per Molin. Theolog. *tract.* 2. *disputatione* 76. *ex num.* 1. & ideo probata centenaria præscriptione, probata non censetur immemorialis præscriptio, quia infinitum tempus significat, vt *hîc num.* 46. *&* 47. *&* *in versiculo quod etiam*, de quo exemplo vide And. *in cap. cum Apostolica*, *numer.* 9. *de his quæ fiunt à prælat.* & *ibi* Anton. *numer.* 17. Immol. 21. Ancharran. *num.* 6. Alex. qui communem dicit, *consil.* 6. *numer.* 5. *lib.* 1. Gabriel *lib.* 5. *titul. de præscript. concluf.* 1. *num.* 22. Garç. *de nobilitate*, *gloss.* 13. *num.* 79.

Reuera hęc posterior opinio in pũcto iuris longè validior est. Primò, quia immemorialis præscriptio tempus infinitum denotat, vt dictum est: at verò præscriptio centenaria, tempore finito circumscribitur.

Secundò, quia præscriptio centenaria requirit titulum; sed eo ipso quo immemorialis præscriptio probatur, titulum interfuisse præsumitur.

Tertiò, in præscriptione immemoriali omnes conditiones esse seruandas, quas lex 41. desiderat, quibus deficientibus etiam centenaria præscriptio probari potest, ex auctore *infrà num.* 63.

Quartò, & vltimò, Regalis iurisdictio, vel tempore immemoriali præscribitur, ex *l.* 1. *titul.* 10. *lib.* 4. *recopilat.* vel præscriptione quadragenaria cum titulo. *l.* 1. *titulo* 15. *dict. lib.* 4. *recopilat.* Sed nullo iure Regio cauetur, quòd centenaria præscriptio tantùm absque titulo ad horum præscriptionem sufficiat.

Hæc omnia pro auctoris sententia non mediocriter vrgere videntur, maximè in probatione maioratus, qui aliàs probari non potest, si qualitates ac conditiones deficiãt, quas lex 41 poposcit; quare attenta eius decisione præscriptio centenaria non æquiualet immemoriali, nisi titulus simul concurrat, prout in quadragenaria, vt teneat, interuenire necesse est.

Cæterùm ne improbabilis efficiatur immemorialis præscriptionis probatio, necessarium fuit hoc ad aliquod tempus restringere, vt explicat auctor *infrà numer.* 61. *versiculo*, *his tamen non obstantibus*, & cùm ad centum annos tantùm memoria hominis extendatur, & rarò eius vita vltrò progrediatur, idcirco centenariam præscriptionem habere vim præscriptionis immemorialis, prudentibus visum fuit; per tempus enim centum annorum renouatur omne quod sub mũdi machina gubernatur, Bald. *in l.* 1. *C. de annal. except.* Soc. iun. *consilio* 76. *num.* 86. *lib.* 1. Re itaque perpensa prior opinio, non obstantibus fundamentis suprà iactis, tenenda est, prout ipsemet auctor tenere videtur *infrà numer.* 61. *dict. versiculo*, *ex quibus*,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

vbi disputat,&sic cõcludit:sed hoc ita verum, si probatur centenaria præscriptio cum qualitatibus immemorialis,ex Auendan. *in dict. l.41.gloss.1. ex num.15.& tract.de cens.cap.8.num.18.*

Num. 51. vsque ad 53.

SVperiori disputatione ostensum est ab auctore,in primogenij præscriptione immemorialem,vel saltim contenariam præscriptionem cum titulo desiderari: nunc verò quadraginta annorũ cum titulo sufficere apertè demonstrat, eo quòd vniuersim quando ad præscribendum (sunt sanè hæc intelligenda) necessaria est immemorialis possessio, sufficiat possessio quadragenariâ cum titulo. Quorum authoritate constat,quòd annorum quadraginta præscriptio cũ titulo æquiualet immemoriali in præscriptione rerum, quæ aliàs non nisi tẽpore immemoriali præscribuntur. Hæc auctoris sententia verissima est,& præter alios id tenẽt Couar.*in regula possessor 2 parte.§.4. numer.5. de regulis iuris in 6.& lib. 1. variarum,cap.17.numer.7.& 8.* Auend. *de exequend.mandat. cap.4. num.* 20. Burgos de Paz *consil.33. numer.26.* Matienz.*gloss. 29.numer.4.& 5.inl.1.titulo 5.lib.4.recopil.* Mascard.*de probat.conclus.214.num.6.& 7.* Vera & communis resolutio est, quòd præscriptio quadragenaria cum titulo æquiualet immemoriali, quotiescumque ad præscribendum immemorialis præscriptio necessaria est,ídque procedit non solùm in præscriptione maioratus, verùm etiam in præscriptione regalium, de quibus *hîc* sermo est, nisi agatur de præscriptione rerum, quæ competunt Principi in signum supremæ potestatis, Mastrill. *lib.3.de magistratus cap.1.num.30.* Beluga *rubrica 22. numer. 40. ad finem.* Idem Mastrill. *vbi suprà lib.1.cap.19. numer.1. cum seqq.* Idem Belug.*d.rubrica 22.§.& quia quotidiana,numer.45.* Matienz. *gloss. 1.ad l.5.titulo 11.lib.5.nouæ re.* vel de præscriptione cõtra priuatum, qui adquisiuit Principis regalia, vel priuilegio, & concessione,vel consuetudine, quia tunc non requiritur tantum tempus ad præscribendum,sed sufficit tempus decem annorum cum titulo, vel triginta sine titulo. Bart. *in l. si publicanus 4.§.in omnibus vectigalibus,in principio,& num.2.& 3.de public.& vectig.* vbi addit. *litt.f.* Abb.*in cap.super quibusdam,de verborum significatione,numer.2.* Couarr.*in regula possessor 2.parte.§.3.de iurisdictione,num.5. versic. hæc verò.* Bald. *consil. 439. lib. 3.* Anchar. *consil.142.num. 12.* Abb. *consil. 26.numer.27.lib. 5.* Palac. Rub.*in repetitione cap. per vestras, de donationibus.§. sed est pulchra,num. 48. versicul. adde prædictis.* Caued.*2.parte decisione 41.numer.6.* Mastrillus *lib.1.de magistrat.cap.19.numer.26.* Rosent.*cap. 5. conclusione 17.num.12. litt. B.*Auend.*in cap.1.prætorum,versicul.si verò agatur, de præscribenda iurisdictione contra inferiores,num.12.* Azeued. *ad l.2.titulo 15. lib.14 gloss. 2. numer. 4.* Roderic. Xuarez *ad l.1.titulo 18.lib.9.num.17.& 18.* Zeuall. *commun.quæst.45.num.4.*& ita praxis obseruat. Bobadilla *lib. 2.cap. 10.num.40.* Tiber. Decianus *consil. 24. numer. 119. lib. 1.* Beluga *in speculo Principum, rubrica 22. §. quia quotidiana, num. 63. & 64.* Loazes *in allegatione pro Marchione delos Velez. num. 10. versic. tamen si titulus. fol. 453.* Mier. *4. parte, quæst. 21. numer. 64.* Gutierr. *lib. 3.pract. quæst.52. ex numer.2.* præsertim *num.11.& quæst.63.num.11.& 12.* P.Molina *tract.2.disputat.75.ex numer. 1.* Barbosa *de præscript.in l.comperit,numer. 59.& seqq.* Castill. *tom.5. cap. 93. §. 8. num.48.* Modò loquimur sufficere spatium decem, vel viginti annorum cum titulo, quia tantùm contra priuatos, qui iure hæreditario in eis succedunt, præscribuntur, in quo puncto hic sanè magnus vir meritò conuincitur

tur legibus Regni, quæ in horum bonorum præscriptione vel immemorialem præscriptionem, vel saltim quadragenariam cum titulo desiderant.

Superior deinde auctoris elementalis conclusio intelligi oportet, quando contenditur de existentia maioratus, & in dubiũ venit, an bona de quibus quæstio est, sint libera, an verò sint maioratus, & vinculo restitutionis obnoxia, in qua specie præscriptio quadragenaria cum titulo sufficiens erit, in vim præscriptionis, non in vim interpretationis, ex auct. *infrà num.* 59. Secus verò vbi de præscriptione bonorum maioratus verè & realiter existentis, & nullo modo controuersi tractatur, quo casu militant adducta per auct. *infrà lib.* 4. *cap.* 10. *per totum*, Mier. 4. *part. quæst.* 21. *n.* 38. dicẽs sic vidisse in practica in successione cuiusdam maioratus. Pereyra *decisione* 52. *numer.* 13. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 93. §. 8. *ex num.* 10. præsertim *num.* 13.

Ampliatur primò hæc sententia in præscriptione regalium, vt *hîc*; & ex Belug. *vbi suprà dict. numer.* 63. *&* 64.

Ampliatur secundò in causis nobilitatis. Mier. *dict. quæst.* 10. *numer.* 372. Garç. *de nobilit. gloss.* 10. *numer.* 1.

Ampliatur tertiò in præscriptione tributi & aliarum functionum. Garç. *vbi suprà*, *gloss.* 19. *numer.* 2. *&* 3. Otalor. *de nobilitate* 3. *parte cap.* 7. saltim *num.* 10. Flores de Mena *lib.* 2. *variarum*, *quæst.* 21. *numer.* 265. qui loquitur de seruitio ordinario, & moneta forera, latè per Cauagnol. in decret. Montisferrat. *decret.* 72. *quæst.* 18.

Limitatur primò, quando titulus continet apertum defectum, ex quo nullus & inualidus apparet. Mier. 4. *parte*, *quæstione* 2. *num.* 156. *& quæstione* 31. *ex num.* 65. P. Molin. *vbi suprà*, *& dict. numer.* 9. de quo vide *infrà numer.* 68. *vers. cæterum.*

Limitatur secundò, quando de probatione maioratus agitur secundariò & incidenter, quo casu minor probatio sufficit, ex traditis ab Ægid. Bellam. *decisione* 570. Rota *sacri Palat. decis.* 803. *numer.* 1. *parte* 1. *diuersor.* Eadem Rota *decisione* 3. *de probat. in nouis*, Cassador. *decis.* 1. *in princ. de iure patronatus*. Hieron. Gonzal. *in regul.* 8. *Cancell. gloss.* 19. *numer.* 60. *& gloss.* 45. §. 2. *num.* 51. Ex quo fonte profluit quòd facta executione in bonis maioratus, si creditores ad distractionem progrediantur, bona esse libera contendentes, minor probatio desideratur; eo quòd de maioratu non principaliter, sed incidenter actũ est, sic in specie tenet Mier. 4. *parte quæst.* 21. *num.* 71. vbi quadragenariam etiam titulo deficiente admittit, & id ipsum probant Mandel. Albens. *consil.* 675. vbi VVesembec. *consilio* 4. *n.* 8. Cardinal. Mant. *de contract. lib.* 25. *titulo* 6. *n.* 29. quod in præscriptione 30. annorũ agnoscunt, Pereyra *de renunciatione emphyteut. quæst.* 15. *numer.* 1. Caualc. *decisione* 16. *numer.* 21. *parte* 4. *versiculo*, *vel sufficiet tempus*. M. Anton. Peregrin. *consilio* 94. *num.* 41. *lib.* 2. Denique superioribus adde, quòd tunc titulus iustam causam præscribendo præbere dicitur, quando ab habente potestatem prouenit, decisione Pedem. 60. *n.* 13 & de plurium sententia Petrus Surd. *consilio* 28. *à numer.* 53. *vsquè ad* 57. optimè Mier. *tract. de maiorat.* 4. *parte*, *quæstione* 21. *numero* 65. & quando non est plenus per se, sed taliter quòd de aliquo defectu opponi potest, vt in exemplo de quo maximè auctor vnus est *in præsenti*, *& infrà num.* 53. *&* 54.

Num. 53. *&* 54.

His adde Stephan. Gratian. *lib.* 3. *discept. cap.* 499. *n.* 71. qui plura adducit Ioan. Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæst.* 63. *num.* 22. *& infrà numero* 68. *versiculo cæterum*,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

rum, & his non relatis Barbos. *de præscripti. in fin. ex num.* 378. vbi *n.* 383. limitat quando hæc confirmatio impetrata est, priusquam lis erat mota, vel moueri speraba tur.

Num. 55. & 56.

VIde *supra dictum numerum* 16.

Num. 57. vsque ad 60.

VIde *suprà lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 39. *versicul. quæ omnia.* Castillo.

De hac obseruantia interpretatiua plura scripserunt And. Bell. *consil.* 1. *num.* 1. Laurent. Siluan. *consil.* 88. *num.* 27. *lib.* 2. August. Beroy. *consil.* 113. *num.* 25. Franc. Bec. *consil.* 101. *numer.* 47. *vol.* 1. Socin. iun. *consilio* 168. *numer.* 42. Iacob. Menoch. *consilio* 400. *numer.* 12. *& consil.* 104. *numer.* 22. Peregrin. *consil.* 34. *num.* 6. *volum.* 3. Tiber. Decian. *consil.* 63. *num.* 31. *volum.* 4. Petr. Surd. *consil.* 254. *numer.* 29. *lib.* 2. Hercul. Maresc *lib.* 1. *variarum cap.* 13. P. Ioann. Fontan. *tract. de rit. nupt. & pact. matrimon. tom.* 2. *clausul.* 6. *gloss.* 3. *parte* 2. *num.* 4. Sixtinus *tract. de regalibus, cap.* 5. *numer.* 109. Mascard. *de probat. conclusione* 1044. *numer.* 6. *lib.* 2. Mier. *de maiorat.* 4. *part. quæst.* 20. *ex n.* 330. Auẽd. *in l.* 41. *Tauri, gloss. in fine.* Peres de Lara *tract. de annuersar. & capellan. lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 48. *& 49.* asseuerantes quòd hæc consuetudo decem annorum tempore tantùm circunscripta, ad interpretandam dubiam instrumenti dispositionem sufficiens est, etiamsi tempus immemoriale ad præscribendum requireretur, ex auct. *hîc num.* 58. Aymon. *consil.* 101. *num.* 3. *& consilio* 118. *num.* 21. *lib.* 1. *& consil.* 228 *numer.* 11. *lib.* 5. Tiber. Decian. *resp.* 44. *numer.* 16. *lib.* 2. Ioann. Francisc. Purpurat. *consil.* 367. *numer.* 77. Socin. *consilio* 111. *num.* 4. *&* 5. & de plurium sententia Petr. Surd. *consil.* 140. *num.* 40. Iacob. Menoch. *consilio* 21. Ioann. Garç. *tract. de nobilitate, in diuisione operis, numer.* 57. Ioann. Gutierr. *consilio* 2. *numer.* 10. Mier. *dict. quæst.* 20. *ex numer.* 330. Sixtin. *vbi suprà, dict. numero* 109.

Reuera ab hac auctoris sententia superiora dissentiunt, quibus compertum est, quòd ad præscribendum pro maioratu, vel immemorealis præscriptio, vel saltim quadragenaria cum titulo requiritur, & ideo hæc auctoris opinio, scilicet, quòd scriptura maioratus dubia spatio decem annorum interpretatur tam, modico temporis lapsu an possit sustineri dubitamus. Primò, quia si hoc esset verum, induceretur nouus modus probandi præscriptionem in materia maioratus, id est, consuetudine decem annorum, contra mentem & expressam dispositionem legis 41. Tauri.

Secundò, probatio immemoralis præscriptionis fieri debet cum omnibus suis qualitatibus, de quibus in dict. l. Regia notum est; ergo illis deficientibus minor probatio non sufficiet.

Tertiò, si titulus qui præscribendi causam præstat, validus esset, nulla alia præscriptione egeret, sed cùm asseueramus quadragenaria cum titulo ad præscribendum opus esse, supponimus titulum per se validum ac sufficientem non esse, & bona fide possidentis tantùm validum reputari; si verò cum prædicto titulo dubio, & pro vero habito, requiritur 40. annorum præscriptio ad minus, ad inducendam præscriptionem maioratus, quomodo decem anni ad interpretandam dubiam voluntatem sufficient?

Quartò, omnis interpretatio fieri debet, quominus noceat: at verò ex hac interpretatione maximum damnum cæteris filiis affertur.

Hæc omnia auctoris sententiam difficilem reddunt, in qua re sic distinguendum censemus.

Aut

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Aut constat de maioratus institutione per scripturam, & cõtenditur de probando ordine succedendi contra expressum ipsius scripturæ tenorem, tunc requiritur immemorialis præscriptio, vt *suprà lib.* 1. *numer.* 22. apparet.

Aut agitur de interpretandis tantùm aliquibus verbis dubiis clausularum ipsius maioratus; tunc verò ordinaria præscriptio consuetudinis decem annorum proculdubio sufficiet, idque praxis admittit, idque auctorem sensisse, potius quàm succubuisse fatendum est, & Auend. *in l.* 41. *Taur. gloss.* 1. *num. fin.*

Aut non constat de institutione maioratus, quia verba dispositionis sunt ambigua; tunc verò quagraginta annorum possessio cum titulo interuenire necesse est, vt pluribus adductis ostensum est *suprà numer.* 51. etsi ab hac sententia auct. in totum non recedit *num.* 59. *in fine*, nam etsi explicitè eam non firmet, tamen deliberandum reliquit. Sic explicat & concludit Ioann. Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæst.* 63. *numer.* 34. videndus ex *num.* 28.

Qua retenta sententia, superaddendum censemus quòd prædicta obseruantia debet esse vniformis, & non varia, Bart. *in l.* 1. *num.* 22. *ff. solut. matrim.* Alex. *consil.* 3. *num.* 7. *lib.* 5. Philipp. Decius *consilio* 11. *numer.* 12. Crauett. alios referens *consilio* 196. *num.* 5. Petr. Surd. *consilio* 43. *numer.* 6. & *consilio* 114. *numer.* 6. *lib.* 1. Hercul. Mareſc. *lib.* 1. *variarum, cap.* 15. *num.* 15. & in casu dubio, vltimi status præualent; Rodriq. Xuares *titulo delas herencias, numer.* 24. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap.* 5. *numer.* 18. idque in materia beneficiali probat Rota *decisione* 14. *de iure patronatus, cum antiquis*; & plura referens tenet eadem Rota per Farinac. *decisione* 373. *numer.* 3. *parte* 2. *in nouiss.* Hercul. Mareſc. *lib.* 1. *variarum, cap.* 55. *numer.* 1. *cum sequentibus*, quia ex actu difformi coniectura veritatis capi non potest, Bald. *in l.* 1. *C. de probat.* Aymon alios referens *dict. consilio* 96. *numer.* 5. Roland. *consil.* 13. *num.* 18. *lib.* 4. cum Surd. & Mareſcot. *suprà* adductis.

Et econuerso, ex contraria obseruantia tollitur instrumenti fides, Aym. *consil.* 949. *num.* 15. *lib.* 5. Fulg. *consil.* 151. *num.* 1. *versiculo* 3. Menoch. *lib.* 5. *præsumptione* 20. *numer.* 37. Nicol. Garçia *de scriptura priuat. quæstione* 6. *numer.* 50. Cardin. Tusc. *lib.* 3. *pract. conclusione* 44. *verbo falsitatis, ex multis numero* 49.

Vlteriùs superiora in quocumque negotio locum habent, vbi de robore scripturarum contenditur, ex Crauet. *consilio* 101. *numer.* 4. *consilio* 158. *numero* 1. & *consilio* 277. *numero* 2. Franciſc. Bec. *consilio* 103. *numero* 26. Thomas Grammaticus *decisione* 106. *numero* 9. Fuluius Pacianus *lib.* 1. *de probat. cap.* 65. *numero* 65. Anguian. *tract. de legib. lib.* 1. *controu.* 6. *numero* 67. & 75.

Num. 60. *vsque ad* 64.

VErsic. *in secunda specie.* Vide Rotam *decisione* 214. *lib.* 2. *parte* 3. *diuers.* & *decisione* 243. *lib.* 3. *parte* 3. *diuers.* P. Molin. *de quo suprà*, Ioann. Garç. quos refert cũ auctore Barbos. *de præscript. in rub. numero* 172. & 173. Albens. *consilio* 64. *numero* 58. & in inuestitura, quæ initium possessioni dedit à centum decem annis citrà, Tiber. Decian. *resp.* 24. *à numero* 110. *versiculo, quia omnia, cum seqq. volum.* 1. Ioann. Garçia *de nobilitate, gloss.* 12. *numero* 69. *cum seqq.* Iason *consilio* 208. *numero* 8. *libr.* 2. & *consilio* 140. *colum.* 1. *numero* 8. *volum.* 4. vbi ait immemorialem probari ex eo quòd lapsi fuerunt centum & viginti anni. Sozin. iun. *consilio* 6. *à numero* 16. *lib.* 3. *vbi in possessione* 108. & *consilio* 76. *numero* 52. & 73. & 90. *lib.* 1. *vbi in præscriptione* 140. & de vtroque

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

probationis genere Cald. Pereyr. *lib.* 1. *recept. sententiarum*, *quæstione* 23. *numero* 110. Rota per Ludouis. *decisione* 51. vbi addit auctores, probat distinctionem, & iterum *decisione* 298. vbi etiam addit Mier. 4. *parte*, *quæstione* 10. *numer.* 335. & 371. Azeu. *in l.* 1. *titulo* 7. *numer.* 7. *lib.* 5. *recopilat.* Sesse *decisione Aragon.* 362. *num.* 31. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotid. controu. cap.* 93. §. 8. *numer.* 48. Perez de Lara *tractat. de vita hominis. cap.* 31. *ex numer.* 86. & pro distinctione, de qua in præsenti *numer.* 63. *versic. sed quamuis.* & *versic. si verò*, vide D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 9. §. 8. *numer.* 49. Perez de Lara *vbi proximè*, *versicul. potest tamen.*

Aduertendum est etiam, quòd hæc distinctio à centum annis vltrà, vel citrà, quam communiter interpretes cum auctore tenent, debet intelligi ac practicari, quando non datur certum ac indubitatum præscriptionis initium, quo casu corruit immemorialis præscriptio, sed tantùm locum habebit, quando probatur memoriam extare per actus præscriptionis contrarios, vt *infr. num.* 65.

Versic. in secunda specie. Inter certum ac indubitatum præscriptionis initium, & actus præscriptionis contrarios magna contentio inter Doctores est, eo quòd actus contrarius centum ann. vltrà, si cum ipsa præscriptione compatiatur, non elidit immemorialem præscriptionem, vt ex superioribus actum est; at verò immemorialis præscriptio penitus corruit, dato eiusdem præscriptionis initio, quia verus ac indubitatus titulus facit cessare illico (si de eo apparet,) titulum præscriptum, ac fictum, qui ex iuris inductione per tam longum temporis spatium interceßisse creditur; hæc est auctoris sententia vsque ad *numer.* 66. & eius sectatoris P. Molin. *disputatione* 76. *num.* 1. Valenz. Velazq. *consil.* 93. *numer.* 17. Rota per Ludouis. *decisione* 467. *numer.* 6. Auend. *in d. l.* 41. *Tauri. num.* 16. optimè Carolus Tapia *decis.* 2. *articulo* 5. *num.* 396. & 397. Rot. Rom. *in recollect.* per Farinac. *decisione posth.* 14. *numer.* 2. *part.* 1. Et hoc de prima specie distinctionis.

De secunda verò, quæ incipit *numer.* 66. tenendum censeo cum auctore *in versiculo cæterùm*, in qua re nobis semper visum fuit, quòd si titulus est manifestè vitiosus, & cui lex omnino resistit, immemorialis præscriptio eliditur, cùm præscribentem in mala fide constituat: vt *infrà versic. illud*, & *numer.* 69. *versic. similiter.* & *numer.* 73. *cap. consultissimo, de rebus Ecclesiæ non alien. lib.* 6. & *cap. dudum, de decimis. l. quemadmodum. C. de agricol.* & *censit. lib.* 12. Crauetta *de antiquitate* 4. *parte.* §. *materia*, *numer.* 12. Balbus *de præscriptione* 2. *parte membro* 1. *cap.* 3. *numer.* 18. & 19. Perez de Lara *tract. de vita hominis. cap.* 31. *num.* 86. Mascard. *conclusione* 225. *num.* 24. Garç. *de nobilit. gloss.* 12. *numer.* 80. Peregrin. *consil.* 69. *lib.* 4. Treuizana *decisione* 55. *numer.* 69. Fontan. *de pactis nupt. lib.* 1. *clausula* 4. *gloss.* 13. *parte* 4. *numer.* 48. Barbos. *in rubr. de præscript. à numer.* 168. Mariscot. *lib.* 1. *variarum cap.* 13. *numer.* 6. Tusc. *litt. P. conclus.* 521. *numer.* 35. *ex conclus.* 522. *numero* 20. & *litt. I. conclus.* 311. *numero* 3. Farinac. *decis.* 136. *numer.* 12 *parte* 1. *in nouissimis.* Idque intelligi oportet vbi manifestè constaret, titulum illum vitiosum initium præscriptionis immemorialis dedisse, ex auctore *in præsenti*, & *numer.* 73. Rodriq. *de ann. redit. lib.* 1. *quæst.* 14. *numer.* 8. Gutierr. *lib.* 1. *practic. quæst.* 16. Paiz ex *numero* 349. *cum seqq.* Gonzalez *in regula* 8. *gloss.* 18. *numero* 48. & 49. Nicol. Garç. *tract. de benefic.* 5. *parte*, *cap.* 9. *numer.* 131. puta si productus esset ab illo, qui in præscriptione immemoriali nititur, secus si ab aduersario productus esset, pars verò negaret. Iacob. Menoch. *lib.* 3. *variarum cap.* 3. *num.* 124.

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 70. vsque ad 73.

His adde Riminal. *consil.* 214. *numer.* 60. *volum.* 2. Honded. *consil.* 80. *num.* 42. 46. & 47. *lib.* 2. adiiciens quòd in hac specie non solùm prohibentur hæredes vti accessione primi institutoris, sed neque à seipsis præscriptionem inchoare possunt. Rota Genuens. *decisione* 203. *numero* 5. Purpurat. *consil.* 522. *num.* 45. *volum.* 2. Menoch. *consil.* 251. *num.* 41. & 42. Addit. ad Ludouis. *decis.* 249. *numero* 6. Zephal. *consil.* 102. *numer.* 21. *vsque ad* 26. Panzirolo *consil.* 20. *numer.* 30. Decian. *consil.* 2. *numero* 197. & 198. *vol.* 1. Anton. Natta *consil.* 162. *numer.* 35. Latissimè Bald. *de præscript.* 2. *parte* 3. *partis principalis, quæst.* 11. *numer.* 12. Raudens. *consil.* 2. *num.* 17. *volum.* 1. & *consil.* 1. *numer.* 470. & 471. *volum.* 2. Quorum sententia seruatur in praxi, adeò vt nec primus hæres immediatus, neque hæredis successor, & sic mediatus, vel remotissimus præscribere valeat, quoniam omnibus eadem mala fides quasi macula originalis cohæret, totúmque præscriptionis cursum impedit & corrumpit.

Cæterùm si titulus non est omnino vitiosus, sed tantùm in aliqua solemnitate deficiens, & perinde iustam causam tribuit præscribendi, vt *suprà num.* 51. & 52. ostensum fuit, tunc huiusmodi tituli vitium non inualidat præscriptionem immemorialem, prout in præsenti est auctoris opinio. Mihi verò placet quòd hic titulus valebit simul, & præscriptio, non in vim præscriptionis immemorialis, ista enim corruit dato certo ac indubitato præscriptionis initio, vt dictum est, sed in vim centenariæ, vel quadragenariæ præscriptionis, prout *suprà numer.* 51. 52. & 55. compertum est: & hic casus à superiori differt, quia superior possidentem in mala fide constituit, iste verò non. Ita Mascard. *de probat. conclus.* 1003. *numer.* 4. & 5. & quòd ex titulo illegitimo hæc præscriptio procedat, tenent Socin. *in l. venditioni. C. de vs. cap. pro empt.* Menoch. *lib.* 3. *præsumptione* 130. *numero* 4. Put. *decis.* 356. *numer.* 2. *lib.* 1. Hieronym. Gonzalez *in regulam* 8. *in proœmio* §. 7. *numer.* 3. Seraphin. *decis.* 974. *numer.* 3. & 4. Rota per Ludouis. *decis.* 353. *num.* 9.

Num. 73. & 74.

Ex adductis *suprà num.* 66. apparet, quòd si titulus vitiosus dedit initium ac causam præscribendi, omnino immemorialis præscriptio corruit, idque repetit auctor in præsenti, limitans prædicta in regulam, nisi aliquam solemnitatem interueniisse constet, ex qua ille defectus suppleri potuit; licèt enim extrinseca solemnitas non præsumatur ex Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 23. *numer.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 1316. si verò solemnitas legitima extra instrumentum interuenire potuit, præsumenda erit, saltim tempore immemoriali, quod ex Anchar. comprobat auctor. Et licèt contra Anchar. pluribus relatis cõtrarium teneat Menoch. *consilio* 1. *num.* 203. pro auctoris & Ancharani sententia videndus est Barbos. *in rub. numer.* 385. *cum seqq.* & hoc fori praxis admittit, de qua re vide latè Peregrin. *tract. de iure fisci, lib.* 6. *titulo* 8. *numer.* 24. Tiber. Decian. *respons.* 24. Petr. Surd. *consil.* 28. *numer.* 108. Stephan. Gratian. *disceptat. cap.* 268. *ex num.* 1. Auend. *in l.* 41. *Tauri, gloss.* 3. *numer.* 6. Couarr. *pract. quæst.* 21. *num.* 7. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 93. §. 8. *numer.* 43. *vsque ad finem.* Honded. *consil.* 82. *num.* 43. *volum.* 1. Raudens. *decis. Pisana* 13. *num.* 120. Gratian. *cap.* 441. *numer.* 18. & pluribus relatis Mier. 4 *part. de maiorat. quæst.* 20. *numer.* 171. & 172. vbi reprobat Paul. *dict. consil.* 81. *hîc præcitato*, & hoc satis perspicuum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cum est, cùm immemorialis præscriptio vim legis priuilegij ac tituli consequatur, vt *suprà num.* 13. *&* 14. ostensum est, & plura de solemnitate extrinseca congessit Iacob. Menoch. *variarum quæst.* 23. *per totam.*

Num. 75.

ADde ipsum auctorem *suprà numer.* 64. Honded. pluribus relatis, Mier. *vbi suprà numer.* 251. Ioann. Garç. *tract. de nobilit. gloss.* 12. *num.* 68. Menoch. *lib.* 3. *præsumptione* 131. *num.* 49. Ioann. Gutierr *lib.* 3. *pract. quæstione* 63. *num.* 36 cum aliis, quos refert D. Ioann. del Castill. *vbi suprà num.* 48. Paul. Paris. *consilio* 224. *lib.* 1. *& consil* 66. *numer.* 128. *lib.* 3. his non relatis Barbos. *in rubr. num.* 366. reliqua verò locis *hîc* præcitatis loculenter prosequemur.

Num. 76.

VIde relatos *suprà*, præsertim Gutierr. *quæst.* 62. *ex num.* 3. *versiculo reliqua verò.*

CAPVT VII.

Num. 1. *vsque ad* 9.

HIs adde Caued. *decisione* 2. *numero* 3. *parte* 2. Anton. Gabriel *lib.* 1. *commun. tit. de clauss. concl.* 1. *numer.* 65.

Num. 2. 3. *&* 4.

PLuribus adductis recenset Matiez. *lib.* 1. *titulo* 6. *l.* 10. *gloss.* 3. *ex num.* 26.

Num. 9.

LIcèt rei confirmatæ tenor sit insertus in confirmatione, nihilominus dicitur fieri in forma communi, sic dictum fuit, quòd valeat prout retrò valuit, & quòd obseruetur, prout antea fuerit obseruatum, Alexand. de Neuo *in cap. venerabilis, numero* 16. *de confirmatione vtili, vel inutili.* Paul. Paris. *consil.* 19. *numer.* 13. *volum.* 1. quod sine dubio procedit secũdùm *l.* 2. *tit.* 18. *parte* 3. *versiculo, o si fuere. & vers. Pero si fuere.* & ita practicare solet Natta in Regio consilio Cameræ. Omnis priuilegiorum confirmatio expeditur cum eo ex insertione, (*segun valio y fue guardado*) quę confirmatio dicitur potiùs in forma communi, & non in forma speciali. Ioann. Garç. sic explicauit *d. l. part. in tract. de nobilit. gloss.* 11. §. 1. *numer.* 66. *cum seqq.*

His adde, quòd licèt confirmatio facta in forma communi ius nouum non tribuat, saltim præsupponit ius prius fuisse quæsitum, Rota per Farinac. *decisione* 526. *num.* 9. *in nouissimis*, & talis confirmatio non alterat statum rei confirmatæ, sed validat in eadem specie, in qua eam reperit. Rota per Seraphin. *decisione* 267. *numer.* 1. *cum seqq.* vbi plura etiam extante clausula, *Ex certa scientia*, quæ nihil operatur nisi totus tenor tunc Papæ innotuerit, & fuerit insertus. Idem Seraphin. *decisione* 981. *numer.* 2. *parte* 1. & *ibi* apostilla marginalis.

Num. 11.

PRosequitur D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 89. *numer.* 234. de quo Gratian. *lib.* 3. *disceptat. forens. cap.* 499. *num.* 7. qui plures in id refert.

Num. 12.

VIde D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 67. *num.* 69. ibi, *sufficeréque quòd si auctoritas Papæ post mortem Prælati rem Ecclesiæ alienantis interposita fuerit.* Vide Fontan.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tan. *tract. de pactis nupt. clausul. 4. gloss. 13. ex numer. 23.* vbi *numer. 27.* subdit posse interponi.

Num. 13.

DOn Ioann. del Castill. *vbi proximè num. 67.*

Num. 14. & 15.

HOc autem maturiùs pensandum, adde Castill. *vbi suprà numer. 57. & 67. versiculo in primo casu.* Idem Castill. *vbi suprà.* Pro hac sententia vide P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom. 3. disputatione 598. per totam.* Mier. *quæst. 66. num. 3.* quibus adde, quòd si gratia præiudicium affert, præsumitur Principem vel non concessurum, vel difficiliùs concessurum, Rota per Ludouis. *decis. 50. numer. 4.* quæ confirmatio, tamquam subreptitia ex clausula, *ex certa scientia*, non sustinebitur, nec vitium subreptionis tollit, nec operabitur in his quæ sunt facti, ex Ruin. *consil. 44. numer. 43.* vbi ait hoc esse commune dictum, & ab omnibus receptum in praxi. Idē *consil. 102. numer. 107. lib. 1.* Sylvest. Aldobr. *consil. 1. numer. 86. & num. 94. cum sequentibus.* Iacob. Menoch. *consil. 1. numer. 431.* neque talis clausula operatur, nisi in his, in quibus Princeps certam scientiam habet, & sunt ea, quæ in iure consistunt, vel saltim præsumuntur, si consistunt in facto, August. Beroy. *cons. 172. numer. 10. lib. 2.* Carol. Ruin. *consil. 124. n. 10. lib. 4.* vbi in scientia præsumpta, ex notorietate facti, sequitur plura adducēs Stephan. Gratian. *cap. 415. n. 10.* Idē in causa legitimationis *c. 415. 28.* & de hac conclusione videndus est D. Ioann. del Castill. *tom. 5. cap. 67. num. 57.*

Pro secundo casu vide P. Molin. *vbi suprà*, & hoc maximè extante leg. 42. Tauri procedit.

Et ampliatur etiam, vbi filius institutus prius decessit, quàm acceptaret maioratum, & postea facultas concederetur, Gutierr. *lib. 3. pract. quæst. 11.* Font. *tract. de pact. nupt. clausul. 4. gloss. 10. ex num. 145.* & hoc præcipuè, si ageretur de grauamine legitimæ filij, nam talis actus, nisi sequuta approbatione partis, subsistere non potest.

Pro tertio & vltimo casu videndi sunt Gut. *lib. 2. practic. quæst. 76.* Velazq. de Auend. *in l. 42. Taur. gloss. 3. ex numer. 9.* Fontan. *vbi suprà clauf. 4. gloss. 13.*

Num. 16.

VIde Castill. de quo proximè *dict. num. 57.* & auct. *infrà num. 20.* vbi rationem reddit.

Num. 20.

HIs adde D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu. cap. 67. num. 56. in fin.*

Num. 21. & 22.

IDem *vbi suprà num. 63.*

Num. 26.

VErsic. 3. Auend. *in dict. l. 42. gloss. 3. num. 9.*

Num. 27.

VErsic. *in 3. casu.* Vide Camerar. *in cap. imperialem, fol. 729. versiculo 4. conclusio*, Marin. Frecc. *de subfeud. lib. 2. quæst. 30. fol. 217.*

Num. 28. vsque ad 31.

CAstill. *d. cap. 67. numer. 57. & 69.* vbi in specie resoluit.

Num. 31. 32. & 33.

REpetit auct. *suprà lib. 1. cap. 18. numer. 10. & infrà lib. 3. cap. 13. numero 23.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Et in dict. materia prænotãdum quòd Princeps in concedendo huiusmodi facultates, solam æquitatem præ oculis habere debet, ex auctor. *lib. 4. cap. 3. num. 1.* P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom. 1. disputatione 174. versiculo, sexta conclusio.* Ioann. Gutierr. *lib. 4. pract. quæst. 11. num. 12.* Azeued. *in l. 4. titul. 4. lib. 4. recopilat.* Mier. *in initio operis 2. parte ex numer. 47.* Andr. Fachin. *lib. 8. controu. cap. 63. per totum.*

Num. 34. & 35.

HÆc auctoris limitatio verissima est, *hic* enim non agitur de præiudicio tertij, sed filij vnici, qui facultatis Regiæ vigore, etiam respectu legitimæ grauari potest. Mier. *1. part. quæst. 13.* P. Molin. *tract. de iust. & iure, disputatione 609 num. 5.* de quo vide auct. qui loquitur respectu tertij, *infrà cap. 11. num. 10.*

Num. 36. 37. & 38.

HIs adde Castillo, qui optimè prosequitur *dicto cap. 67. numer. 58. cum sequentibus*, saltim *63. 67. & 68.* Fontan. *tract. de pact. nupt. clausul. 4. gloss. 13. parte 1. numer. 23.* Caued. *decisione Lusitan. 39. parte 2.* idque firmatur ex adductis *infrà numer. 67.* D. Ioann. del Castill. *tom. 5. cap. 67 num. 58.*

Num. 39. vsque ad 44.

INstitutio spurij à patre facta sub conditione, si Princeps eum legitimauerit, tenet, ex traditis à Peregrin. *tractat. de iure fisci lib. 3. titulo 18. numer. 88.* Ioann. Baptist. Lupus *tract. de illegitimatione, comment. 2. numer. 40.* vbi communem dicit addit. ad Ludouis. *decisione 271.* Iunge addita *numer. 42. vsque ad 51.* per modum additionis, & conclude tandem cum auctore *numer. 42. & 43.* Castill. qui in specie resoluit *tom. 5. cap. 67. num. 60. versic. quartò etiam, cum seqq.* Ampliatur, etiamsi purè sit institutus, dummodo pater decedens declarauerit legitimationem à Principe fore impetrandam, quo casu siue legitimatio sit obtenta post delatam hereditatem, & nondum aditam, siue post aditam, nondum tamen apprehensam, ex præordinatione patris tenet, Hieron. Gabr. *consil. 29. num. 34. lib. 1.* qui dicit communem. Stephan. Grat. *discept. forens. cap. 635. ex num. 20.* Put. *decisione 472.* aliàs *483. lib. 2.* Rota per Seraphin. *decis. 1331. numero 11.* Farinac. *decis. 74. numer. 7. part. 2. in nouiss.* Et quòd valeat post delatam, & etiam post aditam, tenent idem Gab. *dict. consilio 129. ex numer. 9. lib. 1.* August. Beroy. *consilio 179. num. 2. lib. 2.* Burs at. *consilio 355. numer. 9. ad fin.* Stephan. Gratian. *vbi suprà, numero 37.* vbi dicit communem, Philipp. Pasc. *tract. de iuribus patr. potest. part. 2. cap. 7. numer. 121.* Rota per Put. *vbi suprà*, & quòd valeat post delatam, aditam, & apprehensam hæreditatem, probant Hieron. Gabr. *dict. consil. 29. numer. 1.* Burs at. *consil. 76. num. 41. lib. 1. & consil. 355. numer. 9. in fine.* Gratian. *lib. 4. discept. forens. dict. cap. 635. numero 37.* M. Anton. Petr. *de potest. Princip. cap. 31. §. aliud quoque exemplum, numer. 19.* Lupus *de illegitimatione, comment. 3. §. 5. numer. 18. & commentatione 2. §. 2. numero 40.* Cardinal. Tusc. *pract. verbo legitimatio, conclusione 221.* & prædicta præcedunt non solùm post aditam & apprehensam hæreditatem, verùm etiam post litem introductam. Put. *decis. 483. numero 2. lib. 3.* Stephan. Gratian. *dict. cap. 635. num. 23. lib. 4.*

Num. 42.

REpetit auctor *suprà numero 28.* de quo vide Anton. Fabr. *lib. 5. Codic. diffinitione 5. titulo de naturalibus liber.* &

in

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in primogeniis idem probant Mier. *de maiorat. 1. parte quæstione 2. num. 1.* & Auendan. *in l. 42. Tauri, gloss. 3. num. 9.* Petr. Surd. *consil. 382. ex num. 11. lib. 3. & numer.* 103. Vincent. de Anna *allegatione 69. ex num. 57. gloss. 1.* Vincent. de Franch. *decis. 62. part. 4.*

Quid si spurius legitimetur ex magna causa, & citatis quibus interest, vt per auct. *hîc*, & iste duplici defectu laborat spuritatis, veluti ex duplici adulterio natus, nempe coniugati & coniugatæ, an erit dispensatus, si in impetratione gratiæ alterum ex his omissum fuerit, vide Oldrad. *consil. 247.* Ioann. Andr. *in cap. per venerabilem, num. 18. qui filij sint legitimi.* vbi Abb. *numer. 27.* Alex. de Neuo *num. 34.* & plures referens P. Thomas Sanchez *lib. 8. de matrim. disputatione 24. numer. 5.* P. Basil. de Leon *eodem tract. lib. 11. cap. 7. num. 8. & cap. 8. § 4. ex num. 21.* qui omnes tenent talem dispensationem subreptitiam esse, neque illis aduersatur Paul. *consil. 30. ex num. 1.* quia loquitur quando Papa dispensauit per verba generalia, dicens, non obstante quocumque defectu.

Num. 51. vsque ad 54.

IBi, *sed adhuc.* Idem tenet Mierr. *de maiorat. 4. parte quæst. 5. per totam.* & in materia vide Hieron. Gonzal. *in regul. 8. Cancellariæ, gloss. 12. ex num. 45.* Matienz. *in l. 3. titulo 7. lib. 5. recopilat. gloss. 2. numer. 2.* cum adductis à Corneio ad Anton. Gomez. *in l. 42. Tauri, numer. 3.* Adde Gonzalez, Matienz. Corneio, & adducta *numer. 54.* Petr. Sanchez, & Mierr. & tandem conclude, quòd ad maioratus institutionem, & validitatem, non sufficit quòd facultas concessa sit per verbum *fiat*, nondum litteris expeditis, quia in his regiis facultatibus verbum *fiat*, non ab ipso Principe, sed à primariis Consiliariis, qui vulgò dicuntur *de la Camara*, profertur, non debet esse tantæ virtutis, & efficaciæ, prout est verbum *fiat*, à Principe prolatum, maximè quia per modum consultationis proponitur Principi, qui, prout vidimus, sæpe potest ad libitum adscribere, vel subscribere, & ita concludit auctor *numer. 57. 58. & 59.* & ex alia sententia probat Castill. *tom. 5. cap. 67. numer. 64.* & qui contrarium tenent, loquuntur, quando gratia concessa est à Papa per verbum *fiat*, quo casu etsi Papa decedat, nihilominus gratia non expirat, sed expeditur per regulam Cancellariæ *titulo, de ratione congruit*, & ita vidimus in praxi receptum *numer. 64.* de quo vide D. Ioann. del Castill. *vbi sup. num. 66.*

Num. 54. vsque ad 56.

VErsic. *in hac specie.* ibi, *pro contraria.* Vide auct. *infrà cap. 8. num. 7.* & 8. & quòd solo verbo, gratia sit perfecta, probãt iuris vtriusque interpretes, vide Staphil. *de liter. grat. cap. de gratia Apost. ante literarum confect. numer. 2. & cap. quibus modis exspirant literæ ad beneficia. numer. 8.* Mohedan. *decisione 3. de rescript.* Gigas *de pens. quæst. 34. numer. 1. & 7. & quæstione 40. num. 2.* Petr. Gregor. *tract. de benefic. cap. 1. numer. 14.* Verall. *decisione 175. part. 2. numer. 2.* optimè Gonzal. *in regul. 8. gloss. 12. numer. 45. & gloss. 15. §. 1. à numer. 34. & §. 2. ex numero 32.* Nicol. Garç. *tractat. de benefic. 6. parte cap. 2. à numer. 331.* P. Molin. *disputatione 577. versic. contrariam.* P. Thom. Sanchez *lib. 8. disputatione 29. ex numer. 7.* Mier. *1. part. de maiorat. quæstione 62. numero 1.* vbi expendit *l. 9. titul. 4. part. 5.* ibi, *Emperador o Rey puede facer donacion en carta o sin carta y valdra.* Vide auct. *infrà cap. 8. num. 8.*

Versic. In hac autem, vsque ad *num. 62.* Contrarium probant P. Thom. Sanch. *dict. disputatione 29. numer. 8.* Nicol. Garç. post

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

post Gonzal. 6. *part. de benefic. cap.* 2. *numero* 33.

Cæterùm ab auctoris sententia non audemus recedere, & eam in materia maioratus firmiter tenet P. Molin. de quo *suprà num.* 11. & pro Bald. *hic* præcitato vide adducta *suprà num.* 62.

Num. 57.

His adde D. Ioann. del Castill. de quo proximè *num.* 64.

Num. 61.

VIde Mier. *dict. quæst.* 10. vbi plura circa gratiarum expeditionem, & de validitate & interpretatione tex. *in l.* 43. *Tauri.*

Num. 62. *vsque ad* 65.

GRatia Principis non expirat, quando continet quid perfectum & absolutum, Fontan. *tract. de pact. nupt. clausul.* 4. *gloss.* 13. §. 1. *à numer.* 42. vbi *numero* 43. pluribus comprobat Narbon. *in l.* 10. *titulo* 6. *gloss.* 3. *numer.* 10. *lib.* 1. *recopilat.* Cardinal. Tusc. *tom.* 4. *pract. conclusione* 68. *numer.* 6. quibus adde *cap. si cui nulla, de præbend. lib.* 6. & in gratia solo verbo facta, Menoch. *consil* 920. *ex num.* 1. *cum sequentibus.*

Hoc maximè in his quæ conceduntur sub nomine dignitatis, Mier. 4. *parte, quæstione* 10. Xuar. *allegatione* 10. *numero* 13. Matienz *in l.* 2. *gloss.* 2. *numer.* 11. *titulo* 7. *gloss.* 3. *recopil.* Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæst.* 74. *numer.* 1. *infrà, & quæst.* 75. *num.* 1. Azeued. *in l.* 2. *num.* 3. *lib.* 2. *recopilat.* D. Garç. Mastrill. *lib.* 4. *de magistrat. cap.* 27. qui ferè omnes loquuntur in officiis per Regem concessis, quæ minimè vacant per obitum Regis concedentis. Vide Couarr. *lib.* 3. *variarum cap.* 13. *numer.* 2. Barbos. *in l. quia tale, num.* 80. & 81. *ff. solut. matrim.*

Quod limitatur in officiis domus Regiæ, Gama *decisione* 333. *numer.* 2. & diximus *suprà* in possessore maioratus, *lib.* 1. *cap.* 25.

Et superior conclusio procedit, etiamsi officia sint concessa ad beneplacitum concedentis, quia post obitum Principis non exspirant, eo quòd censeantur perpetua pro vita accipientis, Anton. Fab. *lib.* 7. *Codic. titul. de reuocand. donat. diffinitione vltima.* Fab. de Anna *allegatione* 119. *numer.* 1. & 12. Iacob. Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. casu* 69. Barbos. *vbi suprà num.* 85. & 89. Zeuall. *quæst.* 425. *numer.* 15. Gregor. *in l.* 6. *titul.* 4. *part.* 3. *verbo acabaren, & l.* 2. *titul.* 10. *part.* 4. *verbo mantenale, & l.* 20. *titul.* 13. *eadem parte, verbo de los officios.* Burg. de Paz *quæstione* 21. & Padill. *in l. cùm quis, numer.* 541. *C. de iuris & fact. ignor.* Gutierr. *dict. quæst.* 11. *numero* 2. Bobadill. *in politic. lib.* 1. *cap.* 4. *numero* 10. de quo vide *l.* 13. *titul.* 10. *lib.* 5. & *l.* 13. *titul.* 34. *lib.* 6. *recopilat.*

Neque superiora destruit decisio text. *in cap. si gratiosè, in prima parte, de rescriptis in* 6. quia loquitur in materia stricta & odiosa; secus verò in fauorabili, & ita explicat illum text. Calderin. *consil.* 3. *tit. de rescript.* Aim. Crauetta *consil.* 452. *numero* 12. Et in beneficialibus respectu Papæ, non verò in temporalibus respectu Principis, Boer. *decis.* 149. *numer.* 11. Gutierr. *dict. quæst.* 11. *numer.* 19. Et licèt prædicti interpretes rationem differentiæ non assignent, ea, ni fallor, est, quia in beneficialibus residet apud Papam magis libera & plenaria potestas, dependénsque magis ab eius voluntate. *cap.* 2. *de præbend. cap. quamquam. de elect. Clement.* 1. *vt lit. pendent.* Socin. *consil.* 164. *numero* 13. & *consil.* 206. *à numero* 47. *lib.* 2. Pinel. 1. *part. rubricæ C. de rescind. venditione, cap.* 2. *numero* 29. Nauarr. *de spol.* §. 18. *numero* 4. Mastrill. *dict. cap.* 27. *num.* 12.

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 66.

CAstill. *dicto cap.* 67. *num.* 65.

Num. 67.

PRosequitur D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 67. *ex numer.* 60. *& 61.*

Num. 68.

HIs adde, quòd delegatus qui commissionem ignorat, etiamsi procedat tamquam delegatus, nihil agit, ex Felin. *ex cap. cùm ex officij, numer.* 26. *de præscription.* Salgado *de Regia protectione*, 3. *part. cap.* 3. *numer.* 22. Sicut procurator, qui procurationem ignorat, Vant. *tract. de nullitate, titulo de nullitate, seu inhabilitate ex defectu mandati, numer.* 114. *versiculo Principaliter.* facit *l. quæro. ff. de eo qui pro tutore neg. gess.* vbi per hunc textum firmiter tenet, de quo vide Alex. *l. si per errorem, numer.* 9. *versic. neque obstat. ff. de iurisdictione omnium iudicum.*

Num. 69.

ADde Gregor. *in l.* 32. *titulo* 9. *part.* 6. *glos.* 3. *quæstione* 28. *verbo, non valdra.* Idem, de quo D. Ioann. de Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 67. *numer.* 60. & in fortioribus terminis Anton. Gomez *in l.* 42. *Tauri, num.* 3. & vide *inf. num.* 51.

Num. 70. *& 71.*

IN hac materia vera & communis resolutio est, quòd regia facultas concessa ad instituendum maioratum, non amittitur per non vsum, quia ex consuetudine huius regni, & ex stilo eiusdem facultatis, semper in libera impetrantis voluntate ea vti, positum est, quod maximè procedit, si numquam fuit oblata occasio vtendi: & in his casibus, in quibus priuilegium amittitur **ex** non vsu, necessarium est **probare, quòd** impetrans potuit eo vti intra decennium, & vsus non fuit, quia **tunc** tacitè dicto priuilegio renuntiare censetur, alioquin per mille annos nō inducitur amissio priuilegij, *l. Atilicinus. ff. de seruitut. rusticorum prædiorum.* per quem sic deciditur gloss. singularis *in cap. Abbate S. Siluani, verbo doniec. de verborum significatione*, & de communi testatur Hippol. Riminald. *consil.* 56. *numer.* 67. *versic. accidit.* Decian. *resp.* 66. *numer.* 65. *volum.* 3. *& consil.* 43. *numer.* 35. *& resp* 2. *numer.* 125. *versic. multo, lib.* 2. vbi etiam concludit, quòd actori incumbit onus probandi plures euenisse occasiones, quibus mediantibus potuit eo priuilegio vti, & vti non voluit. Ex his quæ solet limitare P. Molina *tract.* 2. *disputatione* 600. *ex numer.* 1. Castill. *cap.* 149. *ex num.* 1. *l.* 1. *ff. de nundinis*, quæ locum non habet, quando priuilegium in mera voluntate positum est. Ripa *in l. quominus. numer.* 97. *versic. intellige si per Principem. ff. de fluminib.* Felin. *in cap. cùm Ecclesiarum, numer.* 25. & *ibi* Decian. *numer.* 26. *de constitut.* Rebuf. *in l. diuus. ff. ad Silan. num.* 204. *versic. si tamen.* Decian. *resp.* 43. *numero* 34. *volum.* 3. Neque etiam procedit eius decisio in contractibus correspectiuis, sed tantùm in priuilegiis, quæ mera gratia conceduntur, Decian. *resp.* 25. *numero* 113. *versic. præterea. volumine* 1. per textum *in l. quod bona fide. ff. de actionibus.* ita consuluit D. Ferdinand. Camill. *in allegatione iuris pro marchione de Sancta Cruz.* super domo, & statu de Sancta Cruz, & del Viso *articulo* 1. *numer.* 44. *cum seqq.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CAPVT VIII.

Num. 1. vsque ad 5.

His adde Menoch. *lib. 1. præsumptione 66.* Paz iun. *quæst. 4. num. 26.* Gironda *de priuilegiis, quæstione 7. num. 78.* Stephan. Gratian. *lib. 3. disceptat. forens. cap. 468.* vbi in casu de probando tenore instrumenti amissi, etiam per duos testes, quidquid aliàs in eo requiri septem, gloss. *in l. bonorum. C. de bonorum possess. secund. tabul.* Ioseph. Mascard. *tract. de probat. conclusione 1358. numer. 52.* idem & meliùs *conclusione 245. parte 1. & conclusione 909.* quod fortiùs procedit si testes qui deponunt sunt multum idonei, veluti magni Doctores, Aduocati, tabelliones, qui poterant cognoscere, si illæ litteræ quas viderant, erant falsæ, necne, Bartol. *in l. sicut iniquum, num. 4. Cod. de fide instrument.* Felin. *in cap. sicut, in princ. de sent. & re iudic.* Doctores *in cap. cùm olim, de priuileg.* Afflict. *decision. 203. numer. 5.* idem *decisione 274. & 166.* Mascard. & Gironda *vbi proximè.* Thesaur. *lib. 2. quæst. forens. quæstione 94.* qui *numer. 2.* ait duo copulatiuè circa hoc probari debere, existentiam testamenti, & casum fortuitum, hócque per testes peritos, & cum auctore *hic versiculo non ideo*, tenent Ioann. Gutierr. *lib. 3. pract. quæst. 62. ex numero 15.* Burg de Paz *quæstione 2. num. 19.* D. Fern. de Menchac. *lib. 1. de successs. creatione. §. 3.* & quòd maioratus tenor probari potest, non solùm per testes, verùm etiam per partis confessionem, prout subdit auctor *numero 4.* referunt, idem Menchac. *vbi suprà numero 5.* Burg. de Paz *consil. 9. num. 1.* M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicomm. articulo 3. consil. 6. & articulo 44. numero 24.*

His adde, quòd testes probant, si de requisitis substantialibus scripturę deponunt, etsi de aliis non recordentur, ex adductis ab Afflict. *dict. decisione 274.* & post eum Petr. Surd. *consil. 109. numero 13.* Velazq. de Auendan. *in l. 41. Tauri, gloss. 4. num. 22.*

Num. 6.

HAs conclusiones refert, & sequitur P. Molin. *tract. de iust. & iure. tom. 3. disputatione 600. ex numero 1.* Burg. de Paz *quæstione... ex num. 3.* Azeued. *in l. 1. titulo 7. lib. 5. recopil. num. 7.* Matienz. *ibi, glos. 2. & 3.* D. Ioan. del Castill. *tom. 6. cap. 149. num. 1.*

Num. 7.

VIde D. Ioann. del Castill. de quo proximè *n. 3.* Auend. *in dicta l. 41. gloss. 2. numero 3. & 4.* Matienz. *in l. 1. titulo 7. lib. 5. recopil. gloss. 2. numer. 1. & gloss. 3. per totam.* P. Molin. *dict. disputatione 600. num. 2.* Narbona *lib. 2. titulo 4. l. 60. gloss. vnica, num. 19. & 20.*

Num. 8.

IBi, *Ad sui tamen probationem.* Narbona *vbi suprà n. 21.* His adde Mier. *tract. de maiorat. 1. parte, quæst. 62.* vbi limitat in amissione priuilegij, quo casu testibus probari potest, Alex. Ludouis. *decisione 471. numer. 2.* vbi *addit. numer. 12.* declarat, dicens, quòd licèt regulariter gratia per testes non probatur, sed solùm per literas, tamen si constat de amissione literarum, bene potest per testes probari, non quoad substantiam, sed quoad circunstantias & qualitates gratiæ, & cum Parisio de communi testatur, de quo per auct. *lib. 3. c. 13. n. 50.*

Num. 9.

PRosequitur P. Molin. *dict. disputatione 600. numer. 6.* Castill. *vbi suprà n. 5.*

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 10.

His adde P. Molin. *de quo proximè numero* 4. & Castill. *vbi suprà num.* 4. In hac quæstione subdit Mier. 1. *parte quæstione* 65. hoc maximè procedere, si scriptura recognita fuisset, dum tamen coram tabellione traditio facta sit, de quo per auctor. *suprà lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 12. Et his adde, quòd solemnitas scripturæ non est de substantia maioratus, ex auctor *suprà in princip.* & per Tell. Fernand. *in l.* 22. *Tauri*, *numero* 4. & 6. Azeued. *in l.* 1. *titulo* 6 *lib.* 5. *recopilat. numero* 58. Angul. *in leg.* 1. *gloss.* 6. *ex numero* 6. & *in l.* 6. *glossa* 4. *numero* 2. vbi in melioratione loquitur, & subdit, posse fieri etiam absque scriptura publica, nisi esset insinuanda, de quo Mier. *vbi suprà numero* 39. dum expendit verba *l.* 22. *Tauri*, subdens, quòd in pacto affirmatiuo de non meliorando, qui reputatur secundus casus illius legis, non requiritur scriptura publica, & comprobat *num.* 40. & 41. quam sententiam sequuti sunt Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæst.* 59. *ex numer.* 1. & ex illius legis decisione hoc annotarunt *in l.* 6. *titulo* 6. *gloss.* 2. *ex numer.* 1. *recopilat.* Burg. de Paz *quæst.* 4. *ex numero* 7. Azeued. *in dict. l.* 6. *titul.* 6. *ex numero* 12. & rationem differentiæ, quare in pacto negatiuo de non meliorando, publica scriptura necessaria sit, & non in affirmatiuo, dicemus *infrà num.* 13.

Num. 11. & 12.

IBi, *Sed etiam in schedula.* Idem recensent Mier 1. *parte de maiorat. quæstione* 48. *à num.* 219. P. Molin. *vbi suprà n.* 5.

Num. 13.

IN institutione primogenij affirmatiua colligit auct. *suprà*, scripturam non desiderari, nunc verò in puncto negatiuo, de non meliorando, contrarium sentit, de quo Velazq. de Auendan. *in l.* 22. *Tauri*, *gloss.* 2. *numer.* 13. Azeued. *in l.* 6. *titulo* 6. *lib.* 5. *recopilat. numer.* 22. Burg. de Paz *consil.* 32. *ex numer.* 1. Matienz. *in dict. l.* 6. *titulo* 6. *gloss.* 2. *num.* 1. Angul. *tract. de meliorat. gloss.* 3. *numer.* 2. & *gloss.* 4. *numer.* 2. Mier. *de maiorat.* 1. *part. quæstione* 65. *ex numer.* 39. Ioann Gutierr. *pract. lib.* 2. *quæst.* 59. *ex num.* 1. Morquecho *tract. de diuisone bonorum lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 1. & Tellus *hîc* allegatus antea, contrarium tenuit lapsu ac sententia Speculatoris., posteaquam in facti contingentia pœnituit, prout ipse de se refert *numero* 6. vbi *in verbo scriptura publica à tabellione facta*, supplendum esse ait; &, licèt auct. deliberandum reliquit, hanc partem sequuntur Anton. Gom. *in dict. l.* 22. *numer.* 28. Couarr. *in cap. quamuis pactum*, *in initio* 3. *partis num.* 2. *ad fin.* P. Molin. *dict. disputatione* 600. *ex numero* 3. *pagina nobis* 137. neque verba *l.* 21. *titulo* 6. *lib.* 5. *recopilat.* ibi, *pasos ob reello scriptura publica*, de alia scriptura, quàm publicè confecta, ex tenore *l.* 13. *tit.* 25. *lib.* 4. *recopilat.* intelligi oportet.

Cæterùm vbi scriptura priuata recognita fuit, pactũ negatiuum de non meliorãdo valet, prout sentiunt Burg. de Paz *quæst.* 4. *n.* 13. qui *n.* 18. testatur ita in Pentiano senatu fuisse decisum, & à patre suo audiuisse, & eamdem opinionem tenent Mier. *dict. quæst.* 65. *n.* 59. Auend. *in dict. l.* 22. *gloss.* 1. *n.* 19. Angul. *in l.* 6. *tit.* 6. *de meliorat. gloss.* 3. *n.* 3. & 4. Ioann. Gutierr. *lib.* 2 *pract. quæstione* 59. *numer.* 3. Sed tenendo cum auctore priorem sententiam, vide quæ nouissimè recenset D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 149. *num.* 19. & 25. & 38. *in fin.*

Ratio verò differentiæ, quare in pacto de non meliorando, requiritur scriptura, quæ in pacto affirmatiuo de meliorando necessaria non est, ab auctore prętermissa fuit, nec mirum, cùm

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

pragmatici, ac recentiores plures sufficere pro ratione ita scriptum fuisse, autumnant, de quo Mier. *dict. quæst. 65. parte 1. numer. 41. in fine.* Ioann. Gutierr. *lib. 2. pract. quæst. 59. numero 1. in fine.* Sed altiùs considerauit Tellus *in dict. l. 22. numer. 4.* quem Velazq. de Auend. *in dict. l. gloss. 1.* impugnat, & *numer. 17.* reddit decidendi rationem, à quo dissentit Azeued. *in dict. l. 6. titulo 6. lib. 5. recopilat. num. 13.* & Auend, sequitur Angul. *tract. de meliorat. l. 6. gloss. 1. numer. 2.* Sed quidquid præfati teneant, veram decidendi rationem assignat D. Ioann. del Castill. *vbi suprà, numero 15. in fine,* dicēs, ideo in pacto de non meliorando requiritur scriptura publica, quia hoc pactum resistit dispositioni iuris, per quam liberè facultas concessa est cuilibet, vt possit quos voluerit ex descendentibus meliorare, & sic vt appareat de promissione libera ac firma paciscentis, scriptura publica desideratur, secus in casu affirmatiuo de meliorando, per quod ad ius Regium reducitur paciscentis voluntas.

Num. 14. 15. & 16.

His adde Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 6. ex numero 104.* & hæc conclusio quòd in donationibus ob causam, nō requiratur insinuatio, intelligi oportet in eo, quod est intra causam; secus verò in eo quod extra causam est, Barbos. *in l. 2. parte 1. numer. 171. ff. solut. matrim.* Baez *de non melior. cap. 32. numer. 8.* Petr. Surd. *tract. de aliment. titulo 1. quæstione 48. numero 24.* P. Ioann. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 28. numero 8.* & melius *gloss. 19. parte 1. numer. 34.* vbi refert decisum, & superioribus adde Signorol. *consil. 8.* Natt. *consil. 609. numer. 71.* Andr. Tiraquel. *in l. si vmquam, verbo donatione largitus, numer. 143. C. de reuoc. donat.* Petr. Nicol. Moz *de contract. titul. de donat. numer. 15. versiculo, idem in donatione reciproca.* Barbos. *in l. 1. part. 7. numer. 47. ff. solut. matrim.* & fortiùs si talis donatio esset iurata, quia iuramentum supplet defectum insinuationis.

Num. 19. & 20.

His adde Tell. Fern. *in l. 32. Tauri,* vbi tenet quòd in melioratione 3. & 5. non requiritur insinuatio, quia redigitur ad tempus mortis, & ideo incerta est eius qualitas, Azeued. *in l. 1. titul. 6. lib. 5. recopilat. numer. 14.* quod reprobat Angul. *in l. 7. gloss. 11. numero 46.* At verò pro opinione Telli facit lex *sancimus, §. incertus C. de donat.*

Num. 21. & 22.

PRosequitur Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 6. in fin.*

Num. 23.

ADde P. Molin. *vbi sup. num. 5.*

Num. 28.

VIde Azeued. *in l. 2. titulo 4. lib. 5. recopil. numer. 38. cum sequentibus,* vbi auctorem refert. Et post eum Zeuall. *commun. quæst. 264. lib. 1.*

Num. 32.

VErsic. *ex quo.* Idem Zeuall. *quæst. 730.* Parlad. *sesquicentur. differ. 14.*

Num. 34.

ALiis relatis idem tenet Menoch. *lib. 4. præsumpt. 3.* vbi de quæstione, quando quis præsumatur testamentum, vel codicillos facere, sequitur Francisc. Marc. *decisione 319. numer. 11. parte 1.*

CAPVT

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CAPVT IX.

Num. 1. *vsque ad n.* 6.

VIde P. Molin. *vbi suprà disputat.* 6001. *ex num.* 1.

Num. 6. *vsque ad* 8.

HIs adde Iacob. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. casu* 191. *numero* 46. idem *consil.* 903. *numero* 24. Simon de Præt. *de interpretatione vltim. volunt. lib.* 1. *titul.* 2. *num.* 2. P. Thom. Sanch. *tract. de matrim. lib.* 6. *disputat.* 38. *numer.* 10. Mier. *tract. de maiorat.* 1. *parte, quæstione* 1. *numero* 113. & in vltima editione 393. Lara *tract. de vit. hominis, cap.* 22. *numer.* 12. Ioann. Gutierr. *tract. de iuramento confirmat.* 1. *part. cap.* 13. *ex num.* 1.

Num. 8.

PRosequitur Auend. *tract. de censibus, cap.* 81. *numer.* 5. vbi, quid in constitutione census. Peres de Lara *vbi suprà num.* 14.

Num. 9.

ADde Peres de Lara, de quo proximè *numero* 15. & ratio est, quia licèt donatio causa mortis quoad effectum vltimę voluntati similis sit, quoad solemnitatem sumit naturam contractus. gloss. *in l.* 2. *verbo legatum, de dot. prælegat.* Rodriq Xuar. & Canzer, quos refert Lara *dict. numero* 15.

Ampliatur, etiamsi minor sit filius familias, Ricc. *collect.* 793. Lara *vbi suprà num.* 17.

Num. 10.

COntrarium sentire videtur Gregor. Lopez *in l.* 4. *titul.* 11. *parte* 5. *verbo alguna pro*, dicens, posse pupillum per donationem, vel cōtractum inter viuos, maioratū instituere in filiū, vel alium sibi successurum, cùm ex hoc vtilitatem quandam consequatur. Sed pro auctoris veriori sententia, vide Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap.* 3. *num.* 43.

Num. 11. *&* 12.

IBi, *Vtrùm autem possit.* Sequitur Ioann. Gutierr. 2. *part. de tutel. cap.* 14. *ex numero* 17. de quo P. Molin. *tract.* 2. *disput.* 603. *ex numer.* 1.

Num. 13.

IBi, *Nisi in castrensibus.* Hoc ita, quia in his vicem patrisfamilias obtinet, Auend. *in l.* 6. *gloss.* 4. *ex numer.* 2. Robles *tract. de repræsentatione lib.* 2. *cap.* 23. *per totum.*

Ibi, *Hodie tamen.* Idem *in l.* 5. *gloss.* 5. *Tauri.*

Num. 14.

PRo hac sententia vide P. Thom. Sanch. *lib.* 6. *de matrim. disputatione* 39. *ex numero* 1. vbi auctorem refert, & sequitur, & loquitur de debito, & de aliis contractibus, & *numer.* 4. in filio administratore, & *numer.* 11. de arrhis inconsulto patre.

Num. 15. *vsque ad* 19.

PLuribus exornat Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 2. *numer.* 49. de quo P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 603. *numer.* 3.

Num. 19. *&* 20.

IBi, *l. fin.* §. *filiis autem.* Adde P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 228. & exactiùs 261.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

P. Thom. Sanchez *dict. lib. 6. de matrim. disputat. 39. numer. 7.*

Sed quæritur, an extante *l. 6. Tauri*, qua cauetur, posse filium quoad tertiam bonorum aduentitiorum partem, absque ipsius patris licentia disponere, sit correcta dispositio textus *in dict. §. filiis autem*; & reiecta interpretum contentione, verissimum est, per *dict. l. 6.* non esse ius commune correctum quoad dispositionem inter viuos, & ideo filiusfamilias prohibetur per viam contractus disponere de tertia bonorum parte, absque licentia patris habentis vsumfructum in bonis prædictis, qui textus intelligi debet de descendentibus tantùm, qui sunt sui iuris, non verò de filiofamilias, qui adhuc in sacris paternis est, idque comprobatur ex *l. 5. Tauri*, vbi his tantùm facultas testandi conceditur, & quoad contractus nihil refert, & sic tanquam casus omissus remanet in dispositione iuris. P. Thom. Sanch. *vbi suprà num. 9.*

Quid si alienatio fuisset iurata? Vide Anton. Gom. *in l. 48. Tauri, numero 7.* & quid in confiscatione bonorum filij? In qua quæstione pro vtraque parte plura solet adduci. Quidam existimarunt, bonis publicatis ob crimen hæresis, vel maiestatis, vsumfructum finiri, neque amplius patri competere, P. Molin. *de iust. & iure, tom. 1. disputatione 229.* P. Vazq. *prima secundæ quæst. 96. articulo 5. disputat. 169.* P. Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 7. quæstione 8. & lib. 8. cap. 12. quæstione 15.* & aliis relatis P. Thom. Sanchez *in opere moral. lib. 2. cap. 15 numer. 8.* Alij in contrarium tenent, asseuerantes vsumfructum aduentitiorum non publicari, quos refert Octauian. *Pedem. 94. n. decis. 9.* vbi ita decisum, Farin. *in praxi titulo de delict. tom. 1. parte 1. quæst. 24. num. 9.*

Ego verò sentio, quòd vsusfructus bonorum, quem filius ante hæresim, vel delictum adquisiuit, minimè publicatur, sed is manet apud patrem, vt antea; secus verò de adquisitis post delictum commissum. Et ratio prioris conclusionis est, quia etsi vsusfructus adquisitio à patria potestate pendeat, eius tamen conseruationis status à patria potestate non pendet, pro quo potest expendi *l. inter antiquam, in fin. C. de vsufruct.* & comprobatur ex dict. *§. filiis autem*, vbi alienatio absque patris licentia interdicta est; ergo hæc delinquendo hæc permissa. Nam qui nequit alienare contrahendo in alterius præiudicium, nequit etiam delinquendo, ex adductis ab auctore *suprà lib. 4. cap. 11. numer. 8.* quibus fundamentis & aliis relatis hanc sententiam tenet P. Thomas Sanchez *dict. cap. 15. numero 8. in fin. & numer. 9. & numer. 12.* vbi sic concludit.

Quod ampliatur primò, vt nec proprietas tertiæ partis bonorum aduentitiorum, de qua potest liberè filius in hoc Regno testari, publicetur ob eius delictum, sed maneat penes patrem. P. Thom. Sanchez *vbi suprà numero 10.*

Ampliatur secundò, etiamsi filius consensu patris administret aduentitia, idem *numer. 12.*

Ampliatur tertiò, etiamsi pater solam vsusfructus spem habeat, eo quòd illa bona relicta sint filio, seruato alteri vsufructu. Idem *num. 13.*

Num. 21.

PRosequitur P. Thom. Sanchez *lib. 6. de matrim. disput. 39. num. 9.*

Num. 22.

IDem ex Auend. *in l. 5. Tauri gloss. fin. numer. 1.*

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 23.

ADde D. Ioann. del Castill. *tract. de vsufruct. cap. 63. numer.* 29. vbi in iudicando & consulendo sic tenet.

Num. 24.

SIc obtentum fuisse, probat Thesaur. *decisione* 209. Sequitur Iacob. Canz. 1. *part. variarum, cap.* 2. *titulo de Trebell. & falcid. numer.* 46. Et quid vbi reseruatio facta est cum facultate disponendi, tam in vita, quàm in morte? Vide Hieron. Gabriel *consil.* 139. *per totum*, Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *titulo* 31. Cardinal. Tusc. *tom.* 2. *pract. conclus.* 648. *per totam*, P. Ioan. Fontan. *tract. de pact. nupt. part.* 4. *gloss.* 23. *numer.* 18. *&* 19.

Num. 25.

PRo hac verissima sententia, vide Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *titul.* 32. Cardin. Tusc. *tom.* 2. *verbo donatio*, *conclusione* 648. *numer.* 63. Trentac. *variarum lib.* 3. *resolutione* 3. *num.* 18. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 22. *num.* 10.

At verò dubitari potest, quanta debeat esse quantitatis reseruatio? Clarus *hîc* præcitatus, sufficere partem vigesimam patrimonij asserit, quem pauci secuti sunt, relati à Cardinal. Tusc. *dict. conclusione* 648. *num.* 40. Zephal. *consil.* 485. *numer.* 137. Sed qui postea post Clarum scripserunt, aliter sentiunt, & cum auctore hanc quantitatis reseruationem in arbitrio iudicis reliquerunt, vt per Gam. *decisione* 255. Iacob. Menoch. *de arbitr. in proœmio, numer.* 4. *&* 5. Cagnol. *in l. fin. num.* 242. *Cod. de pact.* Iacob. Canz *lib.* 3. *variarum, titul. de inuentar. cap.* 2. *numer.* 127. & reseruatio iudicis arbitrio facta, talis debet esse, vt probabile sit ipsum donatorem reperturum hæredem, Fontan. *tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 23. *ex num.* 1. vbi *ex num.* 5. refert decisum.

Num. 48.

IBi, *Expressa bonorum dedicatione.* Expressa bonorum dedicatio hûc effectum operatur; quare monacho ante annum probationis decedente, monasterium succedebat, P. Thom. Sanchez *in opere moral. lib.* 7. *cap.* 3. *numero* 97. At verò talis dedicatio debet intelligi, si professio sequatur. August. Beroy. *in cap. in præsentia. numer.* 553. *de probat.* Philipp. Decius *ibi numero* 223. Nicol. de Vbald. *de succes. ab intest. titul. de succession. regular. tom.* 2. *quæstione* 80. *articulo* 2. *in princ.* Et hodie ex sacro Concilio Tridentino *cap.* 16. *sess.* 25. *de regul.* nouissimè cautum est, quòd nihil expressè, seu tacitè dari, tribuíve possit monasterio, vt ei ante professionem adquiratur, ne hac occasione ingressi, recedere nõ audeant, Vincent. Honded. *consil.* 73. *volum.* 2. *numer.* 28. Quare, monachis ante professionem decedentibus, succedunt eius consanguinei, gloss. & Doctores *in auth. ingressi*, vbi Bart. *numer.* 56. *& in auth. si qua mulier, eodem titulo.* Calderin. *consil.* 9. Capra *consil.* 145. testans de communi, *numer.* 10. Augustin. Beroy. *consil.* 28. *numer.* 12. *volum.* 1. Andreas Fachin. *lib.* 6. *controuers. cap.* 19. Gregor. Lopez *in l.* 17. *titulo* 1. *partita* 6. *glossa verbo intrado*, & magis receptam opinionem dicit Menoch. *consil.* 396. *numero* 8.

Num. 54.

VErsiculo, *in* 3. *casu.* Idem tenet P. Thom. Sanchez *vbi suprà cap.* 9. *numer.* 6. vide P. Molin. *tract.* 2. *disput.* 604. *numero* 4.

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 55. & 56.

HIs adde P. Suar. 3. *tom. de Religione, lib. 7. cap. 16. numer. 2.*

Num. 57.

IBi, *dixit Gregor.* Pro Gregorio facit, quod authent. *ingressi*, solùm dat formam diuisioni, & concedit, vt possit professus diuidere inter liberos, ex auct. *suprà numero 55.* & diuisio intelligitur in dubio pro æquis portionibus, per *leg. vt liberis, C. de collat.* Sed ab auctoris sententia recedendum non est, quem à Gregorio defendit P. Manuel Rodriq. 36. *tom. quæst. regul. quæst. 69. artic. 9.* P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom. 1. disputatione 141. columna 2. verficulo hinc in Regno Castellæ*, idem *tom. 3. disputatione 604. numer. 4.* Angul. *tract. de meliorat. in l. 2. gloss. 1. ex numer. 9.* vbi refert & sequitur auctorem, & subdit rectè contra Gregor. sensisse P. Thom. Sanchez *lib. 7. præcept. Decalog. tom. 3. cap. 9. numero 29.* & omnium nouissimè P. Xuar. 3. *tom. de Relig. lib. 7. cap. 16. numer. 5. cum seqq.*

Quod limitatur, quando pater inter extraneos disposuit, nisi de licentia Papæ, ex Cou. *in cap. 2. de testam. numer. 10. & in cap. cum in officiis. numero 6. eodem tit.* P. Manuel Rodriq. *vbi suprà prope finem.*

Num. 60. & 61.

IBi, *excepto quinto.* Adde *l. 9. titulo 5. lib. 3. fori, & l. 28. Tauri*, hodie *l. 7. titul. 3. & l. 12. titulo 6. lib. 1. recopil.* Gregor. *in l. 17. verbo vno dellos, titul. 1. part. 6.* P. Thomas Sanchez *lib. 7. in præcept. Decalog. cap. 9. num. 27.* P. Suar. *vbi suprà.*

Num. 62.

IDem colligit Tapia *in auth. ingressi, verb. & ideo, nec de his. Cod. de sacros. Eccles. numer. 7.* de quo P. Thom. Sanch. *vbi suprà numer. 31. & 32.* P. Suar. *vbi suprà numer. 6.* & hoc verissimum, licèt contra reum teneat Aluarad. *tract. de coniect. mente defunct. lib. 2. cap. 1. in princip. numer. 5.*

Num. 63.

VErsic. *Sed his non obstantibus.* Refert & sequitur P. Thom. Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 9. numer. 33.*

Num. 64.

IBi, *Hanc opinionem communem esse.* Adde Ioann. Gutierr. *lib. 2. canonic. quæst. cap. 1. numer. 95.* & secundùm eam iudicatum, Valasc. *consultatione 24. part. 1.* de quo vide Velazq. de Auend. *in l. 40. Tauri, glossa 4. numer. 23.* vbi etiam communem dicit Royas *in epitom. successf. cap. 29. à numer. 40.* D. Ioann. del Castill. *lib. 1. de vsufruct. cap. 65. ex numer. 2.* vbi hanc esse veriorem & communiorem sententiam asserit Zeual. *commun. quæst. 806. numero 44.* vbi de facto ita obtentum fuisse testatur pro ascendente, reseruata tertia parte monasterio, & *num. 46. & 47* de quodam iudice, qui contrarium iudicauit, conqueritur P. Molin. *tract. de iust. & iure, disputatione 140. colum. 5. verficulo hoc tamen*, vbi *in fine* dicit, ita se vidisse vsu receptum in Regno Lusitaniæ, & pluribus relatis P. Thom. Sanchez *dict. cap. 9. num. 19.* idque sine controuersia procedit, extante *l. 6. Tauri.*

Num. 65.

IN *fine*, ibi, *quæ opinio mihi.* Nota quòd dicta Authentica *si qua mulier*, de sola permissione diuisionis tractat, non autem dixit, solis descendentibus deberi legitimam, P. Thomas Sanchez *vbi suprà numero 20. & 32.*

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 66.

His adde Tapia *in dict. authent. ingressi, cap. 1. numer. 98.* vbi defendit, posse; sed cum auctore tenendum est, eo quòd Regia facultas sperat professionem, vt *suprà* dictum est *num. 63. versic. sed his non obstantibus*; & quoad effectum testandi, monachus reputatur vt mortuus, P. Thom. Sanchez *vbi suprà, num. 33.* vbi limitat quoad filios, inter quos permissa est patri diuisio.

Num. 67. & 68.

Ibi, *ex licentia Papæ.* Prosequitur auct. *infrà cap. 10. numero 28.* cum pluribus, quos adducit P. Thom. Sanch. *dict. lib. 7. cap. 8. ex numer. 45.* Sed intelligendum est, dum fiat ad vsus pios, & sic talis facultas intelligenda est, vt iuri communi consona sit. P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom. 1. disputatione 141. ad finem versiculi, facultas religioso*, & tom. 3. *disputatione 604. numer. 5.* Tapia *in authent. ingressi, verbo ideoque nec de his, cap. 1. num. 24.* Leon. Less. *tract. de iust. & iure, lib. 2. cap. 19. dub. 4. numer. 40.* vbi amplius subdit, quòd hæc facultas non solet concedi, nisi religiosis habentibus beneficium regulare, vel degentibus extra monasterium; sed Medin. *lib. 5. de sacros. hom. contin. cap. 26. colum. 2. & colum. 3.* ait, vsu receptum esse, cum quibuscumque monachis dispensare, & etiam ad hoc, vt in quoscumque vsus testentur.

Cæterùm in Episcopis non est cur damnetur hic vsus; in aliis maior dubitatio est, de quo vide P. Thom. Sanchez *dict. cap. 8. numer. 53. & 54.*

Num. 69.

Ibi, *Ex antiquissima obseruatione.* Hæc facultas testandi concessa fuit à Gregor XIII. iuxta horum militum consuetudinem, reuocando motum proprium Pij V. qui eis simpliciter concesserat facultatem testandi, iuxta priuilegia Apostolica, non verò iuxta consuetudinem.

Versiculo, ex quibus constat. Nauarr. *hîc* præcitatus tenet, quòd post professionem tales Commendatarij tanquam religiosi de bonis disponere non possunt, ex *auth. ingressi*, & ex motu Pij V.

Sed huius auctoris sententiam rigidam appellat P. Molin. *tract. de iust. & iure. disput. at. 141. tract. 2. versiculo, est verò rigida*, & tam de patrimonialibus, quàm de fructibus commendatarum, liberam disponendi facultatem & maioratum instituendi eos habere testatur, eo quòd non sunt religiosi perfectè & integrè; subdens quòd motus Pij V. intelligendus non est de his Commendatariis cõiugatis, qui, prout patitur antiqua consuetudo, dominium bonorum suorum habẽt, nec reperitur in Hispania receptum, nisi quoad milites & Commendatarios Diui Ioannis, & vtriusque Molinæ sententiam sequuti sunt P. Azor *in sum. lib. 13. moral. cap. 5.* dicens, tales milites testari posse tam de patrimonialibus, quàm de fructibus commendatarum, & quòd motus Pij V. solùm arrogauit licentias & facultates testandi, non ordinis constitutiones Ecclesiæ auctoritate approbatas, vel consuetudinem moribus vsúque receptam, Sarmient. *tract. de redit. Eccles. iast. 4. parte, cap. 2. numer. 4.* & post omnes P. Thom. Sanchez *d. lib. 7. cap. 8. à numer. 28.* vbi *numero 29.* loquitur tam in patrimonialibus, quàm in reditibus commendatarum, ex permissione summorum Pontificum Innocent. VIII. & Clement. VII. & Gregor. XIII. & hanc sententiam probant Gutierr. *lib. 2. pract. quæstione 14. numer. 20.* Zeuall. *quæst. 308. num. 64.* qui omnes asseuerant, hos milites in

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

vtroque foro tam de patrimonialibus, quàm de redditibus Ecclesiasticis disponere posse, quod auct. *in versiculo, sed verius quoad ius poli*, deliberandum censet.

Hæc sententia limitatur in militibus Hierosolymitanis ordinis Diui Ioannis. Rota per Ludo. *decisione* 87. *& decis.*109. vbi ampliat, quamuis non essent claustrales, seu præfecti commendæ, ex Mohedan. *decisione* 10. *de caus.poss.ac propriet.* hi enim sunt veri religiosi, vt constat ex constitutionibus ordinis, & ex verbis Innocentij, vt per Otasc. *decisione* 27. *numer.*18. Rota *decisione* 177. *numero* 1 *part.* 2. in recentioribus, & sic quoad professionem comprehenduntur sub decreto sacri Concilij *sess.*25. *de regular.* & filij eorum sicut ex aliis religiosis incestuosi dicuntur, Riccius *collect.* 216. per totam. Ioann. Franc. Pont. *consil.*14. *numero* 3. & horum professio dirimit matrimonium ratum, non consummatum, ex Nauarr. *tract.de reditibus, in fin.*

CAPVT X.

*Num.*1. *vsque ad n.* 5.

ODE P Molin. *tract.*2. *disputat.*606. *numer.*1. *in fine.*

Num. 5.

IBi, *Addentes insuper.* Tale pactum apponi non potest in grauamen debitoris census, vt testatur Ioseph. Sess. *decisione Arag.* 30. *part.* 1. sed contrarium puto verius.

Num. 6.

IBi, *consideranto tamen.* Vide Gasp. Rodriq. *de redit. l.*2. *quæst.*15. *numer.* 89. P. Molin. *tract.*2. *disput.*606. *ex numer.*1.

Num. 10.

PRosequitur Parlad. *rerum quotidian. cap.* 3. *numero* 43. & his adde Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 107. Matienz. & Auend. *in l.*8. *titulo* 10. *lib.*5. *recopil.* Gutierr. *de iuram. confirmat.*1. *part. cap.* 12. *num.* 2. & an fieri possit ex causa dotis, vide Mier. 1. *parte quæstione* 20. *numer.* 61. de quo D. Ioann. del Castill. *lib.* 4. *controu. cap.*53.

Limitatur primò, vt per auct. *suprà num.*13.

Limitatur secundò, vt per ipsum auct. *num.*15.

Num. 11.

ADde, pluribus adductis, Ioann. Gutierr. *tract. de iurament. confirmat. cap.*11. *numer.* 11. vbi refert, & sequitur D. Ioann. del Castill. de quo proximè *num.*3.

In eodem num. ibi, *etiamsi ipsa donatio iurata sit.* Vide Loazes *in allegatione pro Marchione delos Velez. in vltimo sæ partis fundamento, numer.* 42. *pagina nobis* 211. Ioann. Gutierr. *vbi suprà numer.* 11. Menoch. *consilo* 184. *numer.*10. *lib.*2 Cardin. Tusc. qui dicit communem, *conclusione* 648. *litt. D. numer.*8. *&* 21. Fontan. *tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.*21. *part.*1. *ante num.* 68. Manzin. *tract. de iuram.* 4. *part. effectu* 529. *num.*1.

In qua quæstione vlteriùs nota, quòd etsi iuramentũ nõ operetur, vt donatio valeat, quoad præsentia & futura, saltim quoad præsentia sortitur effectum, vt referunt Guid. Pap *singul.* 844. Grat. *consil.*70. *numero* 23. *&* 24. *lib.*1. Cagnol. *in l. vltima numer.*217. *&* 222. *Cod. de pact.* Seraphin *de priuileg. iuram. priuileg.* 107. *numer.*3. Fontan. *de pact. nupt. clausu.* 4. *gloss.* 21. *part.*1. *ex numer.* 68. Francisc. Viuius *in sylua commun. opinion. opinione* 207. *numer.*6. Et ratio est, quia iuramentum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tum facit valere actum, omni meliori modo quo possit, *l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de legat.* 2. Seraphin *vbi suprà priuilegio* 98. *num.* 1.

Num. 12.

HÆc conclusio duas partes continet. Prima est, quid sit de iure communi; secunda verò est, quid de iure Regio. Quoad primam, non ambigitur institui posse primogenium de omnibus bonis præsentibus, eo quòd talis donatio de iure communi prohibita nō est. *l. omnes §. Lucius, ff. quæ in fraud. credit.* vbi gloss. & Doctores. P. Molin. *tract. de iust. & iure, disput.* 280. *colum.* 171. Matienz. *in l.* 8. *titulo* 10. *gloss.* 1. *numero* 3. *& 6. lib.* 5. *recopil.* Cardinal. Tusc. *conclusione* 648. *à numer.* 20. *tom.* 2. *litt. D.* Quoad secundam verò partem iure Regio id prohibitum est extante lege Regia *hîc* præcitata, vt notant *suprà* relati, quibus adde Ioann. Gutierr. *de iuramento confirmat. cap.* 10. *n.* 2. & auct. *infr. num.* 16.

Num. 13. *& 14.*

HIs adde P. Molin. *d. disputatione* 280. *colum.* 181. *versiculo ex omnibus, & versiculo, si primo modo*, quæ sententia procedit, maximè si parentes simpliciter maioratum instituunt, quo casu libera illis reuocandi facultas est, ex *l.* 44. *Tauri, & l.* 4. *titulo* 7. *lib.* 5. *recopilat.*

Quod limitatur in extraneo, quia *dict. l.* 44. in eo procedere non videtur, ex adductis à Velazq. *ibi gloss.* 1. *num.* 9. quæ nullam de extraneo mentionem facit, & *l.* 17. *Tauri*, quæ eadem est cum *l.* 44. non procedit in extraneo, & hęc ratio vrget plurimum, vt existimemus quòd præsens auctoris conclusio non procedit in extraneo, maioratum simpliciter instituente, vt per Azeued. *in dict. l.* 4. *numer.* 11:

Num. 15.

SIc limitantur adducta ab auct. *suprà numer.* 10. de quo Mier. 1. *parte quæst.* 15. Velazq. *in dict. l.* 44. *gloss.* 2. *numero* 26.

Num. 16.

ADde P. Molin. *dict. disputatione* 280. *colum.* 182. Azeued. *in l.* 8. *titulo* 10. *lib.* 5. *recopilat. ad fin.* D. Ioann. del Castill. *lib.* 4. *controu. cap.* 53. *num.* 35. & auct. *suprà numer.* 12.

Num. 17.

VIde Gutierr. *vbi suprà ante numer.* 10. P. Molin. *dict. disputatione* 280. *colum.* 180. *versiculo, dubium postremò.*

Contrarium tenent Crauet. *cons.* 256. *numero* 1. Menoch. *consil.* 92. *numer.* 5. *lib.* 1. Fachin. *lib.* 5. *controu. cap.* 87. Mont. *in l. pactum quod dotale, numer.* 22. *de pact.* Fontan. *tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. *à numero* 12. Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 11. *num.* 10. Sed has sententias contrarias reuocat in cōcordiam P. Molin. *dict. disputatione* 280. *colum.* 180. *versiculo, hoc loco obserua*, & ex consuetudine hanc donationem valere asseuerarunt Menoch. *consil.* 1. *numer.* 161. *& 163. & consil.* 72. *num.* 53. Michael Crass. *recept. sent. §. successio ab intestato, quæst.* 9. *numer.* 4. & vtcumque sit auctoris sententiam in praxi vidimus obseruari.

Num. 18.

PLuribus relatis id tenet Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 2. *num.* 49.

Ibi, *Qua ratione defendi.* Nota quòd Boerius *hic* allegatus, loquitur in donatione contemplatione certi matri-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

monij; sed quid quando fuit facta contemplatione certi matrimonij, & factum non est postea certum, vide auct. *infrà lib. 4. cap. 2. num. 16.*

Num. 19. vsque ad 22.

HAs sententias contrarias Pauli, refert Gam. *decisione 166.* vbi priorem communem dicit, & iuxta eam in senatu Lusitano refert iudicatum, de quo Ioann. Gutierr. *dict. cap. 11. de iuramento confirmat. numer. 14.* P. Molin. *de iust. & iure. dict. disputatione 280. colum. 176* Matienza *in l. 8. titulo 10. gloss. 1. lib. 5. recopilat.* quos cum auctore sequimur.

Num. 22.

HIs adde Gutierr. *de quo proximè*, P. Molin. *dict. disputatione 280. column. 178. versiculo hanc opinionem*, & pro Couarr. *hic* præcitato, vide quæ refert Zeuall. *lib. 1. quæst. 180. numer. 1. & quæst. 310. numero 11.*

Num. 23.

VErsic. *cui rationi.* His adde Azeued. *in dict. l. 8. numer. 5.* Felician. *de maiorat. tom. 2. §. 1. numer. 14.*

Quid si donatio fiat, certa quantitate reseruata, de qua possit testari donatarius, & non dispoſuit, de ea videbitur in proximiores venientes ab intestato tacitè dispoſuisse; & pro affirmatiua vide Bald. Nou. *in l. cum filio, numer. 4. ff. de legat. 1.* quem sequitur plures referens Vincent. de Franch. *decisione 45. numer. 2.* Petr. Surd. *decisione 272. & consil. 357. numer. 8.* ex *l. si quis cùm nullum, l. conficiuntur. ff. de iure codicill. l. 1. verbo maximè. ff. de collatione bonorum*, quibus probatur, quòd decedens ab intestato videtur tacitè in proximiores dispoſuisse. Petr. Surd. *d. decisione 172. num. 9.* & secundùm hanc sententiam iudicatum fuisse in senatu Casalensi testatur ipse Surd. *in fine, & consilio 357. numero 8.* & eadem ratione si pater donabit filio vsque ad summā 1000. scut. ita quòd si sine filiis decederet, possit disponere vsque ad sumā 500. scut. cui voluerit, & in reliquis succederet nepos ex filio primogenito; si filius donatarius non dispoſuit, videtur dispoſuisse in proximiores venientes ab intestato, vt fuit decisum in senatu Neapolitano, ex Franch. *decisione 45.* & iterum *decisione 600.* in donatore, qui omnia bona donabit, reseruata facultate disponendi de ducatis 40. & idem decisum fuit in senatu Mantuano, apud Surd. *d. decisione 272.* & eandem decisionem refert ipse Surd. *consil. 357. numer. 8.* vbi in simili, & idem tenet alios referens Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 221. numero 1. & 2.* & hæc est vera & recepta conclusio, reprobata distinctione Thesauri *decisione 97.* qui de prædicta *decisione 45.* Vincentij de Franch. non meminit, quam si viderit, fortè contrarium dixisset, & expresè aduersùs Thesaurum decisum est *decisione 600.* & in aliis superiùs allegatis.

Et an prædicta donatio insinuationem requirat, vide Florez de Mena *in addit. ad Gam. vbi suprà*, & pro sententia auctoris, vide Ioann. Gutierr. *de iure confirmat. cap. 11. numero 14.* P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom. 2. disputatione 280. versiculo dubium est.* Andreā Fachin. *lib. 6. controu. cap. 89.* Cardinal. Mantic. *tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. titulo 32. ex num. 1.* D. Ioann. del Castill. *vbi suprà numer. 4.*

Num. 24.

SIc fuisse obtentum refert Thesaur. *decisione 209.* Prosequitur Iacob. Canz. *1. part. variarum, cap. 2. de Trebell. & falcid.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

falcid. n. 46. Quid vbi reseruatio facta est cum facultate disponendi tam in morte, quàm in vita? vide Hieron. Gabr. *consil.* 139. *per totum.* Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *titulo* 31. Cardin. Tusc. *tom.* 2. *pract. conclusione* 648. *per totam.* Fontan. *tract. de pact. nupt. parte* 4. *glossa* 23. *numero* 18. *& 19.*

Num. 25.

PRo hac verissima sententia vide Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *titulo* 32. Cardinal. Tusc. *tom.* 2. *verbo donatio, conclusione* 648. *numer.* 63. Alex. Trentac. *lib.* 3. *variarum, resolutione* 3. *num.* 18. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 22. *num.* 10.

Cæterùm dubitari potest quanta debet esse quantitatis reseruatio? Clarus *hîc* præcitatus sufficere partem vigesimam patrimonij asserit, quem nonnulli sequuti sunt, relati à Cardin. Tusc. *dict. conclusione* 648. *numero* 70. Zephal. *consil.* 485. *num.* 137. Sed qui postea post Clarum scripserunt, aliter sentiunt, & cum auctore hanc quantitatis reseruationem in arbitrio iudicis reliquerunt, vt per Gam. *decisione* 255. Iacob. Menoch. *de arbitrar. in proœmio, numer.* 4. *& 5.* Cagnol. *in l. fin. numero* 242. *C. de pact.* Iacob. Canz. *lib.* 3. *variarum, tit. de inuentione, cap.* 2. *numero* 127. & reseruatio iudicis arbitrio facta, talis debet esse, vt probabile sit, ipsum donatarium reperturum hæredem. Fontan. *tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 23. *ex numero* 1. vbi *ex numer.* 5. refert decisum.

Num. 26. *vsque ad* 30.

SVper hac re has principales conclusiones deducendas esse censemus.

Prima conclusio est, quòd Episcopus regularis, quidquid post dignitatem adquisiuit, siue ex fructibus Ecclesiæ, siue ex industria propria, eo mortuo adquiritur Ecclesiæ, non verò religioni, ideóque de his testari non potest, vt post Couarr. referunt Tapia *in authent. ingressi, verbo sua, c.* 66. *de sacros. Ecclesiis.* P. Thom. Sanchez *in summa, tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 3. *numer.* 2. adquirit namque suæ Ecclesiæ cum sola administratione in vita, quæ morte finitur, Sanchez *vbi suprà*, & confirmatur ex authēt. *Ingressi*, ibi, *neque ideo de his*, vide Diu. Thom. *secunda secundæ, quæst.* 183. *articulo* 8. & sic videtur in præsenti auctorem sensisse, Episcopum regularem maioratum instituere non posse, nec in contractu, neque in testamento, neque ex reditibus Ecclesiæ, neque ex bonis patrimonialibus, aut aliunde quæsitis, quia ipsemet auct. Episcopos seculares à regularibus separat, & horum inspectionem ad caput præcedens remittit, vbi de monachis disseruit, innuēs in hac tractatione Episcoporum regularium, & monachorum eandem esse constituēdam rationem. Rectissimè quidem, vt ego arbitror, quia monachus per promotionem ad Episcopatum, à voto paupertatis non eximitur; sicut nec ab aliis, nisi quatenus munus Episcopale impediunt, vt præter auctorem *hîc* explicant P. Thomas Sanchez *in præcept. Decalogi lib.* 6. *cap.* 6. *numer.* 8. Barbos. *de Episcop.* 3. *parte, allegatione* 114. *num.* 18. Xuar. *de Religione* 4. *tom. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 16. *ex numer.* 4. ex quo sequitur, illum voto paupertatis adstrictum non esse dominum redituum Episcopalium, sed administratorem. Diu. Thom. *secunda secundæ quæstione* 88. *articulo* 11. *& quæstione* 185. *articulo* 3. explicant optimè Xuar. & Sanchez *suprà*, & consequenter, non posse donare; quod quidem administratori prohibitum est, etsi liberam habeat potestatem. *l. contra iuris. §. si filius, de pact. l. filius familias. ff. de donat.* cum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

similibus, & ita in terminis deseruit textus *in cap. cùm olim* 12. §. *præterea, de priuileg.* vbi donationem ab Episcopo Canonico regulari monasterio factã restitui iubet, quia nimirum fuit in præiudicium Ecclesiæ, cui omnia adquirit, *cap. vnico*, 18, *quæst.* 1. & Sanchez *vbi suprà dict. cap.* 32. *ex num.* 62. Xuar. *vbi suprà ex numer.* 3. & glossa *verbo restituendam*, hanc rationem illi textui assignauit, quam sequuntur Ioann. Andr. Hostien. Abb. & reliqui scribentes, qui donationem immodicam prohiberi Episcopo regulari, pro constanti habent; explicat omnium optimè Xuar. *suprà num.* 18. & 19. & decisum est apud Capycium *decisione* 200. Pereyra *decisione* 75.

Quod limitatur pro dotanda consanguinea paupere, Rota per Ludouis. *decisione* 401. Barbos. *dict. allegatione* 114. *ex num.* 34.

Idque adeò verum est, quòd si obtinet à Pontifice licentiam testandi, etiam ad pias causas, tenetur explicare duplex impedimentum, vnum, esse religiosum, alterum, se esse Episcopum, vt post Enriquez refert P. Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 11. *folio nobis* 97. & idem tenet Carol. de Tapia *in dict. authent. ingressi, versiculo ideoque, capit.* 1. *numero* 32. vbi ampliat in Cardinali Episcopo; & quid in Pontifice vide vltra præfatos Rodriq. *tom.* 3. *quæst. regul. articulo* 4. August. Barbos. *de Episcop.* 3. *parte allegatione* 114. *num.* 24.

Ad quod strictè procedendum est, ideóque obtenta testandi licentia, non potest in vita disponere, Ioann. Aloys. Ricc. *in praxi Ecclesiastica fori, tom.* 3. *titul. de spoliis clericorum, resolutione* 426. *ex numer.* 3. Andr. Molfes. *consil.* 24. *numer.* 6 *post tom.* 2. *consuet. Neap.*

Num. 30. *vsque ad* 35.

HÆc omnia nouissimè transcribit Stephan. Gratian. *tom.* 5. *discept. forens. cap.* 854. vbi *numero* 58. sic distinguit, & adde P. Thom. Sanchez *lib.* 6. *moral. cap.* 6. *tom.* 2. *ex numer.* 12. Barbos. *de Episcopo, allegatione* 114. *ex numero* 32. Menoch. *consil.* 226.

Num. 35. *vsque ad* 40.

PRosequitur P. Thom. Sanchez *de quo proximè*, & vide relatos *infrà numer.* 40.

Num. 40. *vsque ad* 45.

IN hac quęst. auct. meritò deliberandum censet *infrà numero* 44. quia summè difficilis redditur, ex decisione textus *in cap. ad hæc*, vbi clericis in infirmitate constitutis, permittit donare sub duabus conditionibus. Prima, vt moderata sit donatio; secunda verò vt fiat eleemosynæ intuitu, & sic nescio quo pacto illis permittit auctor maioratus institutionem, qui plerumque ex magna bonorum parte, & semper ob conseruationem familiæ, fit vtrumque contra illius textus mentem, & verba, cui non satis facit, dum respondet non probare illam conclusionem, nisi per argumentum à contrario sensu. nam cùm in iure canonico non reperiatur textus qui clericis ægrotantibus donationem absolutam permittat, *cap. ad hæc*, decidit, quantum & quo titulo debeant erogari, neque *l. Seia. ff. pater, de donat. caus. mort.* ad hunc sensum adaptari potest, quia vbi testamenti factio permissa est, cessat fraudis præsumptio in egressu de re facta, quantumuis irreuocabilis; secus si de his bonis testari non possit, qui eo tẽpore donat. *l. filiæ meæ, ff. solut. matrim.*

quam

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quam exornat Menoch. *de præsumpt. lib. 4 præsumptione 83. & lib. 6. præsumpt. 8.* P. Thom. Sanch. *lib. 7. de matrim. disputatione 103. num. 9.* quod maximè procedit, quando donatio sui maioratus ex magna bonorum parte fit, ex *l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit.* & meritò contrariam sententiam tuetur Sarmient. hîc relatus, Barbos. *de Episcop. 3. parte, allegatione 14. numer. 131.* licèt auctorem sequantur Gratian. *lib. 5. cap. 854. numer. 59.* P. Thom. Sanchez *lib. 5. in præcept. Decalog. cap. 6. numero 12.*

Num. 45.

ADde Florez de Mena *in addit. ad Gam. decisione 316. versiculo, secundò adde.*

Num. 46. 47. & 48.

PRosequitur Iacob. Sextimas. *tractat. de Catholicis institution. cap. 9. numer. 90.* subdens legem Regiam 13. *tit. 8. lib. 5. recopilat.* editam fuisse ad sedandas seditiones, non verò vt clericorum conscientia esset tuta, prout inferiùs actum est, *numer. 53.* quos sequuntur Barbos. *in l. diuortio 2. part. num. 61. & 62.* P. Molin. *tract. de iust. & iure, disputatione 147. conclusione 11.* Azeued. *in l 13. numer. 3. tit. 8. lib. 5. recopilat.* Less. *lib. 2. tract. de iust. & iure, cap. 19. dubit. 4. numer. 44.* Barbos. *de officio & potest. Episcop. allegatione 114. numer. 4. prope finem*; quibus adde Menoch. *consil. 66. numer. 32. & de arbitrar. cas. 433. num. 35* P. Molin. Rodriq. *quæstion. Regul. tom. 3. quæstione 4. artic. 4.* Quare si expendit voluptuosè, tenetur ad restitutionem, ex Riccio *decis. 601. num. 2.*

Cæterùm, quidquid is dicat, receptior sententia est, Prælatos (quidquid voluptuosè vixerint) minimè ad restitutionem teneri, ex auctore in præsẽti, vbi, quòd hi tantũ mortaliter peccant non verò contra iustitiam, sed contra charitatem & misericordiam, prout visum est Patri Thomæ Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 6. cap. 6 numero 13.* Barbos. *de potest. Episcop. dict. numer. 35.* quorum sententiam probamus.

Num. 54. 55. 56. 57. & 58.

EXplicat Barbos. *dict. tract. de Episcop. allegatione 114. ex numero 6.* vbi de hac consuetudine testatur.

Num. 59.

ALiter sentit Valasc. *consultatione 16.* vbi subdit, has arrhas non esse meram donationem: sed contrarium est verius ex *l. 26. tit. 13. part. 5. l. 4. tit. 1. lib. 5. recopilat.* Ioan. Gutierr. *lib. 2. pract. quæst. 18. numer. 6.* & quòd eas teneatur reseruare filiis prioris matrimonij, probant Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 140. per totum.* Idem Gutierr. *dict. lib. 2. quæst. 17. numer. 5.* qui auctorem sequitur. Ayora *tract. de partit. 1. part. cap. 7. numero 21.* qui detracta proprietate filiis præcedentis matrimonij, secundo nubenti tantùm vsumfructum concessit. P. Thom. Sanchez *lib. 6. de matrim. disputat. 41. ex num. 1.* Ioann. Garç. *tract. de contugal. quæst. numer. 4.*

Idque ampliatur primò, vt vxor non solũ teneatur reseruare, quæ à primo viro adquisiuit titulo lucratiuo, verùm etiam ea, quæ per successionem filiorum ab intestato cõsequuta est, D. Ioan. del Castill. *tract. de vsufruct. lib. 1. cap. 2. ex numer. 9* Iacob. Canz. *tom. 3. variarum, cap. 15. numer. 5.*

Ampliatur secundò in vestibus pretiosis, vt per Gutierr. *de quo proximè.*

Ibi, *Hoc autem non habet locum in bonis.* Quid in his quæ contemplatione mariti vxor adquisiuit? Vide Ludouic. Roman. *consil. 405. quæst. 1.* Ioann. de Garron. *in authent. ex testamento, colum. 14. num.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

numer. 45. Vincent. de Franch. *decisione* 18. *numer.* 7. Iacob. Menoch. *consil.* 155. *numer.* 12. *lib.* 2. vbi tenet, quòd dispositio textus *in dict. l. fœminæ*, non procedit, quando donatio facta non est causa nuptiarum, quam textus restringit, vbi mulier nubit de consensu filiorum, ex gloss. *in auth. de non eligendo secundò nub. §. verò.*

Num. 60.

IDem resoluunt in maioratu P. Thom. Sanchez *dict. disputatione* 41. *numero* 3. & in melioratione Angul. *tract. de meliorat. l.* 2. *gloss.* 1. *numer.* 8. *versicul. erit tamen.*

Ampliatur primò in sponsalitia largitione, & per Sanchez *vbi suprà*, *num.* 4.

Secundò ampliatur in vio secundò nubente, Angul. *vbi suprà*, *versic. & idem, & suprà num.* 64.

Num. 61. *vsque ad* 64.

PRosequitur P. Molin. *de iust. & iure, tract.* 2. *disput.* 607. *numer.* 2.

Num. 64.

VErsic. *Sed verius.* Idem resoluit P. Molina, de quo proximè *n.* 3. vbi ampliat non solùm si mulier ad secundas nuptias non transeat, verùm etiam si transeat, vide Angul. & Ioann. Gutierr. *de quibus suprà.*

Num. 65.

VIde P. Molin. de quo proximè *num.* 5. vbi refert & sequitur Mier. *tract. de maiorat.* 1. *part. quæst.* 23. *numer.* 90. Ioann. Garç. *tract. de coniugal. quæstu. num.* 184.

Num. 66.

PRo hac distinctione vide Garç. *vbi supra.* Royas *tract. de succes. cap.* 33. *num.* 25. Matienz *in l.* 5. *gloss.* 6. *à numer.* 6. & *ibi* Azeued. *à numer.* 8. *tit.* 9. *lib.* 5. *recopilat.* Burg. de Paz *quæst.* 8. *ex numer.* 13. Ayora *de partit.* 1. *part. cap.* 8. *numer.* 10. Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæst.* 121. & rarò id in praxi cõsideratur, nisi quando donatio notabilis est, quæ ex conditione personæ æstimatur, & iudicis arbitrio relinquitur, vt resoluit Flores de Mena *in additione ad Gam. decisione* 227. *num.* 1.

Num. 67.

VErsiculo, *sed quamuis.* In contrarium vrget Angul. *tract. de meliorat. l.* 3. *gloss.* 4. *num.* 4. Sed cum auctore, & veriùs, sentiunt Mier. *tract. de maioratu.* 1. *part. quæst.* 23. Ioann. Garç.

Num. 68. *& 69.*

CVm Gregorio *hic* præcitato, & auctore consonant Ioann. Gutier. *lib.* 2. *practic. quæstione* 39. *numero* 14. Angul. *in l.* 2. *gloss.* 1. *numer.* 8. *versiculo contrarium.* Mier. 1. *parte, quæstione* 1. *num.* 50.

Ibi, *ex dispositione textus. versic. si deportatus.* Hoc procedit si minus sint, quàm tres filij; nam si sunt tres, dantur integra bona ipsis, prout iudicatum dicit Thesaur. *decisione* 104.

Num. 70.

HIs adde Iacob. Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 118. *numero* 117. *&* 119. Hercul. Marisc. *lib.* 2. *variarum, cap.* 105. P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 608. *ex num.* 1.

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 71. & 72.

PRo perfecta resolutione huius materiæ, distinguendum censemus, aut quæritur, vtrùm bona emphyteutica possunt vinculari in præiudicium proprietarij, seu illius, ad quem pertinet dominium directum; aut quæritur, vtrùm possit à parente ex bonis emphyteuticis in præiudicium cæterorum filiorum primogenium instituì, de qua re in præsenti sermo est. Primo casu affirmatiuè tenent, & in praxi testantur Mier. 1. *parte, quæstione* 37. *numero* 22. Decian. *consil.* 23. *numer.* 41. *volum.* 1. *& consilio* 117. *numer.* 23. *lib.* 3. Seraphin *decisione* 1410. *numer.* 1. Gama *decisione* 70. *& decisione* 224. Cæterùm negatiuè resoluunt Alciat. *consil.* 258. *numer.* 16. *versic. præterea est videndum*, in noua impressione. *& consil.* 8. *lib.* 6. vbi quatuor fundamenta adducit. Gama *decisione* 60. vbi sæpiùs refert decisum. Idem *decisione* 218. Marsar. *de fideicomm. quæstione* 16. vbi inquit quòd hæc opinio pro domino directo magnam æquitatem habet, & honestatem, & quòd illam consulendo secutus fuit, & adhuc sequeretur si casus accideret, P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 608. Iulius Clarus §. *emphyteusis. quæstione* 16. *versicul. final.* Lara *lib.* 1. *quæstione* 19. *numero* 4. Guillier. Benedict. *in cap. Rainucius. verbo vxorem. decisione* 3. *numero* 12. Phœbo *decisione* 5. vbi respondet & refert sæpiùs iudicatum. Rodriquez *de redditibus. lib.* 2. *cap.* 22. *numer.* 33. Hæc vltima sententia in praxi & vsu forensi recepta est, & pro hac parte fuit obtentum in hoc regio Cõsilio in quadam causa quæ vertebatur inter Ludouicum de Casanate, & D Mariam de Melgareio. Ego sanè in eadémque opinione sum, ne res emphytentica redderetur peioris conditionis comparatione proprietarij, quia aliàs difficiliùs consolidaretur cum dominio directo, & proprietarius à percipiendo laudemio priuaretur; sicut æquè & eodem fundamento res emphyteutica non potest transire in manus mortuas. Thesaur. *lib.* 1. *cap.* 83. *per totum*, Additionat. ad Gamam 6. Mier. *vbi sup. ex numer.* 2. Sanchez *tom.* 2. *moralium. lib.* 7. *cap.* 15. *ex num.* 62. vbi *numer.* 65. excipit casum dum professus vidit. Franch. *decis.* 69. *per totam.*

In secundo casu, quando agitur de præiudicio cæterorum filiorum, sententiam affirmatiuam tuentur Crauet. *consil.* 66. *numer.* 1. Menoch. *consil.* 504. *numero* 6. *lib.* 6. Peregrin. *articul.* 51. *num.* 84. *versiculo tu autem.* Parlad. *lib.* 3. *cap.* 6. Mena *in additione ad Gam. decisione* 114. Cancer *lib.* 3 *variarum cap.* 15. *numer.* 128. Mihi verò auctoris distinctio placet, pro qua vide *suprà lib.* 1. *cap.* 24. *numer.* 31. vbi concluditur, quòd si ius patronatus ex antiqua institutione filiis, vel nepotibus delatum est, non poterit pater etiam ex consensu Episcopi in præiudicium cæterorum vni prælegare.

Num. 73.

HIs adde Vincent. Fusar. *de substitutione quæst.* 650. *ex numero* 1. vbi per plures casus ampliat & limitat.

Num. 74. vsque ad 79.

HOc ipsum transcribit P. Molin. *tom.* 3 *de iust. & iure. disputatione* 591. *numer.* 8. contrarium tenet Mier. 1. *part. quæstione* 7. *num.* 10. disputat D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 121. *ex numer.* 56. qui cum Gregorio *hîc* præcitato tenet, de quo vide Gutierr. *consil.* 2. *num.* 8. *& 9. & consil.* 4. *num.* 5. Hieron. Gonzalez *in regul.* 8. *Cancell. gloss.* 21. *numer.* 5. de quo superiùs per auctorem *cap.* 2. *num.* 17.

Cæterùm hæc quæstio admodum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

controuersa, in tres casus ab auctore diuisa est,& in priori,idem quod Gregor. licèt nō eadem via,eisdémque rationibus, tenet;nos verò, salua vtriusque viri auctoritate, quo ad priorem partem contrarium sequimur, asseuerantes posse secundum primogenium ex tertio & secundo fieri; res namque certa est, quòd eo casu primus maioratus per secundum reuocatur, & hoc siue in eadem, siue in diuersis personis fuerit institutus, & in materia ex propria natura reuocabili, exemplo in melioratione, quæ potest alterà reuocari, ex *l.17.& 44.Tauri*, & ex auctore *infr. lib.4. cap.2. ex numer.1.* nec rectè;in qua proposita perpendi potest decisio text.*in dicto §.hoc sermone*,quia vbicumque versamur in dispositione legis,facultas ab ea concessa non extingitur in primo actu, ex Socin. *consil.* 117. *lib.1. & consil.* 91. *lib.4.* Tellur. *l.4. Tauri num.6.* & cum Bald.& multis aliis, Tiraquel. *in d. §. hoc sermone, limitatione 6. numer.* 29. *& limitatione 9. per totam.* D. Ludouic. de Casanate *in allegatione iuris pro Marchione de los Velez contra Marchionem del Villar.numer.154.in fine.* Quare etsi cum Gregorio & auctore fateamur duos maioratus institui non posse,negamus sanè contra prædictos primum maioratum valere tantùm, imò potiùs contrarium asseueramus, videlicet secundum valere, primúmque contraria dispositione secundi fuisse reuocatum.

In secunda verò parte distinctionis fortiùs nostra præcedet conclusio,scilicet quòd per institutionem secundi maioratus, primus censetur reuocatus, quia lex 44. Tauri licentiam parentibus tribuit reuocandi maioratum siue in totum,siue in parte.

Nisi in casu, quo primus maioratus ex quota tertij & quinti bonorum fuisset institutus,id est,ex certis bonis, quæ non ascendant vsque ad totum tertium & quintum; deinde quòd ex residuo alius maioratus instituitur,vel in eadem,vel in diuersis personis,tunc verò censemus, etiam secundum maioratum valere; sicut enim potuit in eadem persona à principio maioratū ex tertio & quinto integrè instituere, ità sanè ex postfacto potuit primum maioratum, ex tertio bonorum institutum augere vsque ad tertium & quintum integrè, quod est indubitatum.

In tertio & vltimo casu sententiam auctoris libenter sequimur, cum Molina Theologo,de quo *suprà*, quòd fortiùs procedit, quando ex omnibus bonis fuit primus maioratus institutus,tum quia indiuiduitati,& naturali maioratus naturæ directò repugnat, vt possit esse penes duos, ex auct. *suprà lib. 1.cap.1. numer. 6.* tum etiam, quia, notissimum est, virtute vnius facultatis, duos,vel plures maioratus institui non posse,vt superiùs actum est *cap.4.num.* 49. præcipuè si facultas suum effectum semel operata est, vt *infrà cap.11. numero* 44.*&* 45.

Num. 79.

PRo hac distinctione vide P.Molin. *tract.* 2. *disputatione* 608 *numer.*4. Vincent.de Franch. *decisione* 93. Marc. Anton.Peregrin.*tract.de iure fisci, titul.1. numer.* 241. & sic in praxi obtentum vidimus, & quod subiungit auct. ibi, *Nisi ea bona*, tutissimum est in iure, & ab omnibus secutum, de quo vide Cardin.Mantic. *lib. 9. de coniect.titulo 3. num.* 14. Albert. Brun. *de statut. articul.8. numero* 23. *in fine.* Francisc. Bec. *consilio 1.numer.8.* Petr.Surd. *consilio* 446.*numer.* 5.*lib.3.* Prosper Farinac.*quæst.25.num.* 108. vbi plura refert, & de communi testatur, & tandem concludit ab hac opinione non esse recedendum in praxi, Valasc. *consultatione* 182. *ex numer.* 11.

Zeuall.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Zeuall. *quæst.* 724. *per totam.*

Contrarium probat Mier. 1. *part. quæst.* 58. *numer.* 30. In qua controuersia duos casus distinguendos censemus. Primus est, quando maioratus regia facultate constitutus est ex solo tertio & quinto. Secundus verò est, quando auctoritate legum Regiarum. In primo bona extra territorium sita comprehensa non censentur, quia Regia potestas suæ ditionis terminis & cancellis continetur, nec vires in alieno territorio habet, *l. vlt. ff. de iurisdict. omn. iudic. Clement. Pastoralis, de re iudicat.* Et licèt facultas ad instituendum maioratum dici potest fauorabilis, tamen in hac specie non est prohibitio in rem, neque in personam, imò dici potest permissio, & habilitatio personæ, & ideo ad bona sita extra territorium extendi non debet, ex Alex. *consil.* 128. *numer.* 2. *lib.* 2. Socin. *consil.* 239. *lib.* 2. Carpan. *ad statut. Mediolan. in prælud. numer.* 692. Neque contrarium probat Mier. *vbi suprà*, is namque auct. non videtur absolutè fateri, primogeniũ extendi ad bona extra territorium sita, sed illud docere voluisse, Castellanum ex bonis quę habet Italię, Flãdriæ, Valentiæ, Aragonij, & similium, posse instituere primogenium, quoniam Rex noster earum prouinciarum ac ditionum Dominus est, qua ratione facultatem præbere potest; ita tamen, vt pro qualibet prouincia, de bonis in ea sitis, facultas expediatur in Cõsilio supremo cuiuslibet prouinciæ, nec sufficere illam expediri in supremo Castellæ senatu, pro earum prouinciarum bonis.

In secundo verò casu auctoris sententiam sequitur Mier. *vbi suprà.*

Quid si forensis in his regnis existens maioratum instituat de bonis existentibus in eodem Regno Castellæ, tenebitúrne leges Regias seruare?

In qua quæstione, prima opinio est, talem forensem leges Regias seruare debere, & hoc siue ex contractu, siue ex testamento maioratum instituat, ex adductis à Crauet. *tract. de antiquitate 1. part. n.* 197. Carpan. *ad statut. Mediolan. in prælud. num.* 665. *tom.* 1. Cuiac. *consultatione* 25. Maluas. *consil.* 77. *n.* 1. Gonzales *in regula* 8. *Cancell. gloss.* 43. *num.* 1. *&* 86. Mier. *tract. de maiorat. dicta quæst.* 58. *ex n.* 6.

Altera opinio est, quòd si statutum dirigatur in personam, non comprehendat forenses, etiam respectu bonorum, quæ habent in territorio statuentis, & hoc ex eorum mente verisimile est, quia tale statutum non præsumitur exteris super aliquo prouidere, cùm eorum nihil interfit, & verisimilius est, solis subditis cauere voluisse, vt considerat Rota *decisione* 673. *numer.* 2. *parte* 1. *diuersorum*, vbi pluribus adductis refert decisum. Prosequitur Mascard. *de statut. interpretatione, conclusione* 6. *n.* 9.

Ideoque Genuensis, vel quilibet alius forensis, qui extiterit in his Regnis Castellæ, in condendo maioratu non arctabitur legibus huius Regni, & poterit ex bonis exedere 3. & 5. leges enim, vt diximus, non dirigunt suam dispositionem in bona, sed in personam, ex traditis à Bartol. *in l. cunctos populos, num.* 41. *C. de sacrosanct. Eccles.* Anchar. *in cap. canonum statuta, de constit.* Bald. *consil.* 460. *num.* 2. *lib.* 1. idem Ancharan. *cons.* 168.

Num. 80.

IBi, *vt scilicet comprehendat Monialem.* Adde Thesaur. *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 92.

CAPVT XI.

Num. 1. *vsque ad* 4.

QVaLiter maioratus in filio vnico potest instituí, vide Mier. 1. *part.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quæstione 4. *numero* 17. P. Molin. *tractat.* 2. *disputatione* 609. *ex numero* 2. D. Ioann del Castill. *tom.* 5. *cap.* 82. *num.* 43. & quomodo in habente vnicum filium, & ex eo nepotes, vide Mierr. *prima parte*, *quæstione* 21. & ex adductis ab auctore infertur, quòd in vnico duntaxat filio, prælatio, seu melioratio considerari non valet, vt per Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 13. *per totum*, & remissiuè *tom.* 5. *cap.* 67. *num.* 55.

Num. 4.

His adde superiùs adducta *cap.* 4. *num.* 32.

Num. 5.

IDem si vnicum tantùm nepotem, vel descendentem parens habeat, P. Molin. *vbi suprà*, *dict. numer.* 2. *litt. D.* de quo per Angul. *tract. de meliorat. l.* 11. *glos.* 6. *num.* 3. *folio* 615. & vtique hoc verissimum est, licèt Tell. *in l.* 28. *Tauri*, dicat, dummodo sint plures nepotes, vel descendentes.

Num. 6.

PRosequitur P. Molin. *vbi proximè*, *numer.* 3.

Num. 7.

ACtio ad supplementum hoc eodem tempore præscribitur, Bald. *in l. si quis inscio*, *numero* 4. *C. de inoffic. test.* & *in l. si quis filium*, *eodem*, vbi Paul. *numer.* 4. Ias. *numer.* 5. & 6 Angel. *in l. omnimodo*, *numer.* 3 *C. eodem titulo*. Petr. Surd. *consilio* 148. *numer.* 13. Gregor. *in l.* 5. *glos.* 9. *titul.* 8. *part.* 6. Alex. Ludouis. *decisione* 479. *ex num.* 1. vbi hanc sententiam tuetur, & in specie ex Xuarez, & Baëza *hîc* præcitatis, auctoris sententiam probat P. Molin. *vbi suprà numer.* 4. vbi declarat hoc procedere, quãdo maioratus institutus fuit in filio vnico ex tertio bonorum absque Regia acultate.

Nos verò, vt quid sentiamus, meliùs intelligatur, sic distinguendum censemus. Aut legitima grauata est in quantitate, id est, quia minus legitima relictum fuit, & tunc prædicta procedunt.

Aut legitima in qualitate grauata fuit, id est, quia in legitima filio integrè relicta, aliquod grauamen apponitur: & in hoc vltimo casu, sententia auctoris efficitur dubia, quia inter hos casus longè est discrimen ac differentia, & in eo consistit, quia in priori, licèt repletio facit ipso iure, tamen quoad effectum & essentiam adquisitionis, necessariò præcedere debet petitio filij, & si debitum ex sua legitima non petit, impossibile est, quòd sibi detur, quæ actio, vt ex superiùs adductis constat, triginta annorum spatio tollitur.

In vltimo casu contrarium fateri oportet, in quo, cùm grauamen ipso inre reiicitur à legitima, ex *l. quoniam in prioribus*, simplex consensus non sufficit, sed expressus desideratur, cùm non reperiatur super quo cadere possit tacitus, nisi respectu eorum, quæ pater iure facere poterat, sic distinguit ipse Rodricus Xuar. *hîc* præcitatus, *in l. quoniam in prioribus*, *ampliatione* 10. *num.* 5. vbi addit. quem cum pluribus aliis sic asseuerantibus refert, & sequitur D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 107. *ex num.* 40.

Num. 8.

PRosequitur P. Molin. *dict. disputatione* 609. *numero* 2. *litt. E.* & quòd filius melioratus in quinto potest in tertio grauari, probatur ex adductis à Menoch. *consilio* 411. *numer.* 31. *versicul. hoc idem*, *lib.* 5. vbi auctorem refert, & sequitur

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quitur, quo casu filius acceptans quintum, censetur renuntiasse legitimę, quæ in tertio consistit, respectu filij vnici, & hoc sentit auctor, de quo vide Cardin. Mantic. *tract. de coniect. lib. 7. titulo 8. numer. 11.* Aluar. Valasc. *consultatione 153. ex numer. 4. lib. 2. versic. vnde sublata est quæstio.* Paz *in l. 2 Castili, ex num. 30.* Robles de Salcedo *tract. de repræsentatione cap. 1. num. 5.*

Num. 9.

His adde P. Molin. *vbi supr. & num. 3.* D. Ioann. del Castill. *tom. 5, controu. cap. 64. numero 46.* vbi latiùs dictum est.

Num. 10.

Vide superiùs adducta *cap. 7. numer. 34.* & idem recens est P. Molin. *vbi proximè numer. 5.*

Num. 11. vsque ad 17.

IN hanc auctoris sententiam propendunt quamplurimi relati à Castill. *lib. 2. cap. 3. & lib. 4. tom. 4. cap. 36. ex numer. 22. & 23. versiculo, quartò an possint excludi descendentes, & tom. 5. cap. 82. num. 45. & tom. 6. cap. 145. numero 31.* vbi de praxi testatur, & aduersùs Molin. Theologum *tract. 2. disputatione 609.* sic vidimus receptum fuisse. De qua re vide auct. *sup. lib. 2. cap. 2. numer. 12. versiculo secunda difficultas. & infr. cap. 12. numer. 55. cap. 121. numero 58. versiculo, ego autem. cap. 128 numero 16. & cap. 175. numer. 12.* & ex Mier. Lupezio, & Gomez, Castill. *tom. 5. cap. 67. numer. 57.* fatemur sanè filium vnicum regia facultate nedum respectu tertij, sed etiam præcipuè legitimæ omnium bonorum paternorum non posse grauari. nam licèt filius vnicus in legitima grauari non possit, ex *l. quoniam minoribus*, nec in tertio, cùm sit etiam eius legitima, vt *suprà numer. 3.* Si verò maioratus ex regia facultate instituatur, licitum est parentibus omne grauamen apponere; hos & alios effectus regia facultas operatur, vt *infr. numero 14.* Sed hoc ita, dummodo institutor maioratus, in impetratione facultatis Principi exprimit, se vnicum duntaxat filium habere, aliàs erit licentia subreptitia. Mier. qui de facto testatur, *1. part. quæst. 13. numer. 10* & quamuis contrarium tueatur Perez de Lara *de anniuersariis. lib. 1. cap. 4. ex num. 62.* vbi refert decisum ex Mier. nostrā tamen sententiā probat Castill. *tom. 6. cap. 121. numer. 58. versic. denique & auctoritate, prope medium, cum seqq.* Angul. *de meliorat. l. 11. lib. 2. titulo 6. gloss. 4. num. 12.* Ioann. Gutierr. qui refert & sequitur *lib. 2. pract. quæst. 67.* D. Ioann. de Castill. *tom. 4. controu. cap. 36. ex numer. 22. & 23. versiculo quarto, an possint excludi descendentes, & tom. 6. cap. 145. numer. 31.* vbi de praxi testatur, à quorum sententia recedere non videmus.

Num. 17. vsque ad 25.

OPtimè affirmat auctor, maioratum in filio legitimato institui non posse, nisi filij legitimi deficiant, cuius sententiam probat P. Molin. *dict. disputat. 610. ex num. 1.* idque liquet ex adductis *numer. 19.*

Quod limitatur in filio legitimato per subsequens matrimonium, vt per auct. *infr. num. 23. & lib. 3. cap. 1. per totum.*

Et circa prædicta, an filio legitimato debeatur legitima, nécne, de quo potest disputari in præsenti, dicto *num. 19.* vide D. Ioann. del Castill. *lib. 4. controu. cap. 22. numer. 158.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 496. numer. 37.* asseuerantes legitimam non deberi. Contrariū verò tenet addit. ad Ludouis. *decis. 135.* vbi nonnullas Rotæ decisiones

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

refert, subdens causam, de qua *ibi*, propter contrarias grauissimas auctorum sententias, nondum decisum fuisse: & vtcumque sit, in hoc casu proculdubio non debetur, scilicet, quando facta est legitimatio cum clausula, *sine præiudicio legitimorum, vel ab intestato venientium*. Paul. *in l. Gallus §. & quid si tantùm, numer. 16. ff. de lib. & posth.* vbi reddit rationem, dicens, quòd talis legitimatus ab intestato patri non succedit, & contra legitimatum extante clausula prædicta, fuit decisum in Rota, teste Ludouis. *d. decis. 135.*

Num. 25.

IDipsum prosequitur P. Molin. *dict. disputatione 610. numero 3.* Mier. *1. parte quæstione 2.* vbi ampliat in matre comparatione filij naturalis, de quo vide D. Ioann. del Castill. *tom. 5. cap. 67. num. 29. versic. & quo distincto.*

Num. 26. vsque ad 30.

AFfirmat auctor, quòd in filio spurio maioratus à parentibus institui non potest, quem sequitur P. Molin. de quo proximè *numer. 4.* & hanc sententiam probarunt, M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicommiss. articul. 11. numer. 67.* Angel. Matheaz *eodem tract. lib. 2. cap. 20. numer. 21.* D. Ioann. del Castill. *tom. 5. cap. 67. fol. 88. versicul. secundò deinde, & cap. 110. numer. 26.* Marta *voto 161.* qui loquitur in donatione, & de iure communi talis iustitutio habetur pro non scripta, ex glossa, & Bart. & *ibi* Doctores *in l. eam quam, C. de fideicommiss.* & bona venientibus ab intestato deferuntur, non verò fisco, M. Ant. Peregrin. *tract. de iure fisci, lib. 3. titulo 18. de naturalibus & spuriis. numer. 97.* quod intellige, quando publicè fit institutio de spurio; secus verò si occultè. Et etiam in hoc vltimo casu tantùm excludun-

tur à fisco agnati: at verò fratres & sorores admittuntur, Cardin. Tusc. *tom. 7. conclusione 417. num. 5. 6. & 7.* Hodie etiamsi instituatur spurius, vel incapax, perempto illo primo gradu, fideicommissaria substitutio in cæteris non vitiatur, extante *l. 1. titulo 4. lib. 5. recopilat.* de quo vide D. Ioann. del Castill. *dict. cap. 110. num. 52. & dict. cap. 67. num. 29. versicul. secundò deinde.*

Idque *infrà numer. 28.* protenditur etiam ad substitutionem vulgarem, siue fideicommissariam, cuius sententiam veram dixit Spino *tract. de testam. gloss. 16. in princ.* vbi *numer. 36.* minimè parentibus hæc licere fatetur, eo quòd in omni euentu parentibus succedatur, de quo vide Cardin. Tusc. *dict. conclusione 417. tom. 7. num. 8.* Ioann. Gutierr. omnino videndus, *lib. 3. practic. quæst. 56. ex num. 1.* & ante eos Matienz. *in l. 6. tit. 8. gloss. 3. num. 5.*

Et quamuis contrarium teneat Anton. Gom. *in l. 9. Tauri numero 20. versic. adde tamen*, eius sententia meritò à prædictis & superiùs adductis auctoribus taxatur.

Quorum retenta sententia, ampliatur primò, etiam in tacita vulgari, quæ in pupillari expressa continetur. Matienz *in dict. l. 6. num. 7.*

Ampliatur secundò, etiam in melioratione tertij, respectu legum Regiarum, Gutierr. *dict. quæst. 56. ex numer. 34.* & in maioratu Regia facultate instituto, vt *infrà* per auct. *num. 30.*

Limitatur primò, ratione alimentorum, quorum intuitu à patre spurius capere potest, vt *infrà num. 32. & cap. 15. numer. 54. & 55.*

Limitatur secũdò, respectu cognatorum, hi enim in persona spurij, legitimis deficientibus, maioratum instituere possunt, vt *infr. num. 33.*

Limitatur tertiò, in filio legitimo huius spurij, qui potest institui, ex glos. *in lege fin. verbo aperimus. Cod. de nat. liber.*

&

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& cum aliis Ioann. Bapt. Lup. *de illegitimatione, commentario* 1. §. 5. *numer.* 160. Vincent. de Franchis *decisione* 27. *numer.* 7. Mier. 2. *parte de maiorat. quæst.* 2. *numer.* 12. Cald. *de nominatione emphyt. quæstion.* 19. *à numer.* 38. Zeuall. 3. *parte, quæstione* 762. *à numer.* 37. Alex. Trentazinq. *lib.* 1. *variarum, titulo de nothis & spur. resolutione* 2. *numer.* 20. *cum seqq.* Paul. de Castr. *in l. Gallus.* §. *quid si is*, & Ias. *ibi numer.* 23. *ff. de lib. & posth.* Tiber. Decian. *respons.* 445. *lib.* 4.

Alij verò in contrariũ sentiunt, asseuerãtes filiũ naturalem & legitimum ex filio spurio minimè institui posse, vt per Bald. *in l. si quis incesti. Cod. de secund. nupt. & in cap. in præsentia. num.* 35. *de probat.* Alex. *in l. Gallus.* §. *quid si is. ff. de lib. & posth.* Couarr. *de sponsalibus, lib.* 2. *cap.* 18. §. 5. *numer.* 20. Iacob. Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 96. *numero* 27. M. Ant. Peregrin. *tract. de iure fisc. lib.* 3. *titulo* 18. *num.* 54. Andr. Tiraquel. *de primog. quæst.* 12. *numer.* 14. Boer. *decisione* 127. *numer.* 8. Andr. Gail *lib.* 2. *obseruatione* 115. *numer.* 9 Gabr. Palæot. *tract. de nothis & spur. cap.* 53. *numer. penult.* Royas *de succes. cap.* 21. *num.* 31. Matienz *in l.* 8. *glos.* 8. *numer.* 23. *titul.* 8. *lib.* 5. *recopilat.* Gregor. *in l.* 19. *glos. penult. titul.* 3. *part.* 6. Richard. *in* §. 7. *numer.* 16. *Instit. de succes. quæ ab intest.*

Cæterùm in hac Doctorum controuersia consemus, quòd si legitima soboles extat, filius naturalis, & legitimus ex spurio institui non potest, in quo maior pars Doctorum, quos pro hac vltima sententia adduximus, conuenit, maximè si instituatur ab auo contemplatione filij spurij, Peregrin. *consil.* 25. *volum.* 4. Sesse *decisione Arag.* 381. *num.* 2. 3. & 4. Si verò legitimi non extant, rectè institui potest, prout est de mente glossæ sic distinguentis, *in d. l. fin. verbo penitus aperimus. Cod. de natural. liber.* Sesse 3. *parte, decisione* 261. *num.* 3. quam sententiam communem dicimus, & superiorum auctoritate comprobamus, & his condicunt maximè adducta per D. Ioann. del Castill. *d. cap.* 67. *fol.* 88. *versiculo, dubium autem.* vbi contra filium legitimum ex parente spurio natum sic fuisse decisum in Hispalensi senatu testatur.

Num. 30. & 31.

RAtio huius conclusionis est, quia ea facultas intelligitur de capacibus illorum bonorum, ex P. Molin. qui auct. refert & sequitur *d. disputatione* 610. *numer.* 4.

Num. 32.

DE alimentis spurio præstandis vide *infrà cap.* 15. *numer.* 54. & 55.

Num. 33.

PRosequitur P. Molin. *d. disputatione* 610. *numer. fin.* vbi ampliùs subdit, quòd à consangineo, vel extraneo hic spurius vocari potest ad maioratum, post primum ad eum vocatum, esto illum instituat in legitimo, aut in illegitimo.

Num. 34. *vsque ad* 39.

HIs adde Mier. Castill. Fontan. Gutierr. Cuiac. Gregor. Remanet ergo firmissima conclusio virtute illius clausulæ, quæ apponi solet communiter in expeditione facultatis maioratus, de quo *in præsenti numer.* 35. *versiculo in facultatibus regiis*, institutor potest, aliis filiis prætermissis, sicuti elector, cui libera eligendi facultas concessa est, poterit ad maioratus successionem, filiam natu minorem, prætermisso filio primogenito, eligere, & remotiorem consanguineum, omisso proximiore, ex adductis *suprà cap.* 5. *num.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

num. 4. *&* 5. Hæc facultas extenditur ad nepotes, quia est eadem ratio, & quidquid contrarium teneat Mier. 1. *parte de maiorat.u, quæstione* 15. *num.* 37. 78. 80. *&* 113. cum auctore *hic numer.* 38. *versiculo cæterùm*, asseuerandum est, posse maioratum etiam prætermisso filio in persona nepotis institui, de quo vide D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *cap.* 26. *per totum, & tom.* 5. *cap.* 66. *numer.* 64. *&* 65. *& cap.* 67. *num.* 19. Petr. Ioann. Font. *tract. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 25. *numer.* 21. *&* 22. & de interpretatione textus *in l. hæredes mei*, §. *fin. hìc præcitata*, vide etiam Gutierr. *conſil.* 7. *numero* 9. & poſt ordinarios exornat hunc textũ Iacob Cuiac. *in l. cũ pater* § *à te peto. ff. de legat.* 2. *lib.* 8. *Reſp.* Papin. & Franciſc. Ripa omnium latiùs *in dict. l. hæredes mei*, Gregor. Lopez *in l.* 2. *titulo* 18. *parte* 2. *gloſſ.* 18.

An talis facultas conceſſa, vt quis in filio maioratum inſtituat, poſſit in filiabus verificari, vide Mier. 1. *part. de maiorat. quæſtione* 16. *ex numer.* 1. vbi, *numero* 10 hoc tantùm admittit, quando morte deficit filius maſculus, vel religionem ingreſſus eſt.

Num. 39.

VIde auctores præcitatos, qui tenent, in hoc caſu nepotem ingredi in locum filij.

Num. 40. *&* 41.

PRoſequitur Ioſeph. de Seſſe *deciſione Aragon.* 53. *per totam.*

Num. 42.

IDem reſoluit in fortioribus terminis Gregor. *in l.* 32. *titulo* 9. *part.* 6. *verſic. no valdra. & verſic. ſed pone quod dedit ex octauo facultatum*; ſubdens quòd ſi quis facultatem impetrauit à Principe, vt poſſit maioratum facere in perſona Petri filij ſui, & poſtea is filius deceſſit, & alium eiuſdem nominis ſuſcepit, is non poterit inſtitui virtute illius facultatis, & licèt hæc quæſtio poterat ad vtramque partem diſputari, pro ſententia negatiua ſtandum eſt ſemper, quia talis facultas ad inſtituendum maioratum in perſona ſpecifica conceſſa fuit, & ad aliam etiam nominis eiuſdem extendi non poteſt, cùm ſit ſtricti iuris, & adducit *infr. lib.* 4. *cap.* 3. quod regulariter notandum atque commendandum erit quotidie, namque poterit in forenſibus controuerſiis contingere.

Neque obſtat *l. filiæ ſuæ.* §. *Titia. ff. de condit. & demonſtrat.*

Primò, quia in illa ſpecie ex mente teſtatoris præſumitur non reuocaſſe legatum Agathæ, quia aliam, quam poſt alienationem primæ Agathæ habuit, vocauit eodem nomine. Anton. Gomez *tom.* 1. *cap.* 12. *de legat. numer.* 6. Menoch. *conſilio* 254. *numer.* 13. *cum ſeqq. lib.* 3. *& præſumptione* 167. *numero* 3. *lib.* 4. vbi plures huius ſententiæ refert auctores. Mantic. *de coniect. lib.* 12. *titul.* 6. *numer.* 20. & hic caſus ad prẽſentem quæſtionem adaptari non poteſt.

Secundò, quia *in d.* §. *Titia*, valet extenſio ob ſingularem fauorem affinitatis, quia illud legatum fuerat relictum à marito vxori, vt per Romanum *authent. ſi non aliter, num.* 81. *Cod. ad l. falcid.* quem ſequitur Ripa *in l. Stichum qui meus erit. num.* 10. *ff. de legat.* 1.

Num. 44. *&* 45.

COntra opinionem Decij tenet idem Couarr. *hic* præcitatus, de quo per auctorem in calce huius operis *num.* 9.

Num. 47.

VIde *ſup. d. lib.* 1. *cap.* 13. *hìc præcitato.*

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 48.

DIctum est *d. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 47.

Num. 49.

OStensum est *d. cap.* 15.

Num. 50.

HIs adde Mier. 1. *part. de maiorat. quæstione* 19. vbi etiam *numer.* 19. distinguit, an scienter, vel ignoranter primogenium instituatur, ex *numer.* 10. in casu dubio iudicis arbitrio reliquit.

CAPVT XII.

Num. 1. *vsque ad* 8.

CONCLVDIT auctor tota hac disputatione quòd leges, seu conditiones quæ in maioratus institutionibus apponuntur, & quæ illorum institutionem, seu creationem respiciunt, veluti, quòd ea bona non possint alienari, vel quòd successores in eisdem maioratibus tales, vel tales esse debeant, potius in vim modi, quàm in vim conditionis apponuntur, de quo rationem subiungit *numer.* 3. & 4. assignando discrimen, & controuersiam inter modum & conditionem quoad effectum adquisitionis, & repetit *infrà cap.* 14. *numero* 13. prout multa referentes constituunt, Menoch. *consilio* 131. *num.* 2. *lib.* 2. & *consilio* 388. *numer.* 15. *lib.* 4. Petr. Surd. *consil.* 262. *num.* 56. *lib.* 2. Bald. *in l. Arescusa ff. de stat. homin. numer.* 4. & in specie P. Molin. *tract. de iust. & iure, disputatione* 611. *ex num.* 1. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 115. *numer.* 15.

Num. 8.

PRosequitur P. Molin. *lib.* 1. *de iust. & iure, disput.* 208. & nouissimè recenset D. Ioann. del Castill. *vbi proximè n.* 15.

Num. 9. 10. & 11.

ADde D. Ioan. del Castill. *vbi suprà, & num.* 15.

Num. 12.

HOc ipsum probat P. Molin. *dict. disputat.* 11. *numer.* 2.

Num. 13. & 14.

SEquitur idem Molin. *vbi suprà*, ex *numer.* 1. Castill. *vbi proximè.*

Num. 15. 16. & 17.

HOc ipsum transcribit P. Molin. *vbi proximè num.* 2. sequitur Mier. 3. *part. quæst.* 12. *numer.* 23. & his concinit auct. *infr. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 3.

Num. 18.

IBi, *Vel quod verius est.* Propendet auct. esse potiùs institutionem conditionalem, à quo recedit P. Molin. *vbi proximè, litt. E. & F.* subdens, hanc vocationem ad maioratum non esse conditionalem, sed sub modo, desoluendam tamen eo ipso, quo grauamen, vel conditio non adimpletur.

Nos verò cum auctore fateri oportet esse conditionalem, ex adductis ab eo *suprà numero* 17. cuius defectus non facit quem priuari, sed haberi pro non instituto, Castill. *dict. cap.* 115. *numer.* 15. Paul. *consil.* 292. *numer.* 1. *versic. item testator, lib.* 2. Aymon *consil.* 15. *numer.* 4. Iacob. Menoch. *consil.* 388. *numero* 16. *lib.* 4. vbi ait, quòd si quis in donatione dixerit,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quòd nolebat eam sortiri effectum, nisi secuta monastica professione, ex hoc inducitur conditio suspensiua, non verò resolutiua, & hoc fortiùs, quando præceptum imponitur per dictionem, *non aliter*, quæ ex propria natura est suspensiua, Bald. *in auth. ingressi, numer. 23. versiculo 2. C. de sacrosanct. Ecclesiis.* Iaſ. *consil. 86. numer. 44. lib. 3.* Roman. *consil. 85. numer. 48. lib. 3. & consil. 63. num. 31. lib. 4.* Iacob. Menoch. *consil. 83. num. 22. lib. 1.* Marta de *clausul. clausul. 44. num. 7. parte 1.* quæ dictio formam præcisam inducit, aliàs consensum remouet, annullátque actum in contrarium factum, Petr. Surd. *consil. 318. num. 24. & 25. & consil. 322. numer. 23. lib. 3.* & in specie de qua agimus, vide tradita per Gam. *decisione 158. aliàs 159.* Menoch. *cons. 292. numer. 1. lib. 2.*

Num. 19. & 20.

ADde P. Molin. *disputatione 208. & tractat. 2. disputatione 611. ante numer. 3.* & in contrarium vide Sosa *in §. actionum, Institut. de actionibus, part. 3. cap. 1. num. 10. & 11.* Sesse *decisione Aragon. 31. à num. 14* Ludouic. Censius *de censibus parte 2. cap. 1. quæstione 3. articulo 8. numer. 32. & 33.* Ego sanè in eadem opinione sum, quòd videlicet restricto contractu ex *l. 2.* ita dicendum addit, indistinctè fructus omnes debent restitui, vel cum pretio recepto compensari; nec de hoc dubitare licet, cùm Vlpianus auctor *d. l. 2 titulo 1. lib. 5.* seipsum declarat *in l. item quod dictum, eiusdem tituli*, vbi ita probatur.

Num. 20.

VIde *sup. num. 18.*

Num. 21. vsque ad 26.

HIs adde P. Molin. *de quo proximè*, & hæc conditio etsi in virgine non sustineatur, in vidua tamen probatur. Anton. Gomez *in l. 16. Tauri. numero 8. lib. 1. variarum cap. 12. numero 78.* Costa *in l. cùm tale. §. si arbitratu. limitatione vlt. numer. 1. ff. de condit. & demonstrat.* Cardinal. Mantic. *tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. titulo 19. num. 2.* vbi inquit hanc sententiam ab omnibus receptam esse. Matienz. *in l. 3. gloss. 2. num. 14. titulo 1. lib. 5. recopilat.* Ioann. Gutierr. *lib. 2. canonic. quæst. cap. 25. num. 3.* idem *tract. de matrim. cap. 21. numer. 32.* P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom. 1. tract. 2. disputat. 207.* P. Thom. Sanchez *lib. 1. de matrim. disputatione 34. num. 29.*

Hoc ampliatur etiam in viro, vt contra Paul. resoluit P. Thom. Sanchez *vbi suprà numer. 31.* Ioann. Gutierr. *dict. num. 34.* nec vir & vxor debent ad imparia iudicari, idem Gutierr. *lib. 2. canonic. quæst. cap. 25. num. 3.* subdens, quòd conditio non nubendi, etiam absolutè respectu harũ personarum licita est, quę si postea nubant, rẽ cum fructibus restituere tenentur, in quo cum auctore congruit, cuius sententiam probat etiam P. Molin. *lib. 1. disputatione 208. & tract. 2. disputatione 611. ex n. 3.* vbi ampliat, non solùm quando maioratus est institutus per viam vltimæ voluntatis, verùm etiam quando in contractu inter viuos institutus fuit, de quo latè per D. Ioann. del Castill. *tom. 5. quotidian. controu. cap. 109. num 3.* vbi plura de conditione suspensiua, & resolutiua, & fructuum restitutione.

Quorum sententia in legato vsufructu limitari solet, & ratio est, quia in legato vsufructu, cùm tot sint dispositiones, vel legata, quot sint anni. *l. si in singulos*, vbi Doctor. *ff. de ann. legat.* Fusar. *de substitut. quæst. 242. ex num. 57.* pro annis quibus vixit in viduitate est purum, pro aliis verò post nuptias contractas, est conditionale, ob ídque cessat cautio Mutiana, vt per Iacob. Menoch. *consil. 494.* Marc. Ant. Peregr. *tract.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tract. de fideic. articulo 11. *num.*123. qui inter legatum proprietatis, & vlumfructum, hanc differentiam constituit, subdens, quòd pro illis annis, quibus paritum est conditioni, legatum irretractabiliter debetur; pro annis verò sequentibus, quibus paritum non fuit, res cum fructibus restituitur, & hæc distinctio, prout innuit ipse Peregrin. ad totam materiam fructuum viam aperit. Sed nota ne decipiaris, quòd Menoch. *de quo suprà*, loquitur quando vsusfructus relictus fuit mulieri, quousque, vel donec alteri nupserit. Hæc omnia ad rationem maioratus difficilè, vel nunquam adaptari possunt, nec visum est in forensibus controuersiis hanc cautionem interponi, ex auctore *numer.*29. & 30.

Num. 26. *vsque ad* 31.

DE hac materia, an cautio Mutiana locum habeat in contractibus, & in donationibus causa mortis, nécne, & quid si agatur de conditione, vel modo implendo, vide Rotam *decisione* 428. in collectis per Ludouis. Sed vtcũque sit, in materia perpetua maioratus hæc cautio locum habere non potest, quidquid in fideicommissis & aliis relictis procedat, prout subiungit auct. *hîc numer.*29. & 30. licèt de hac re minimè firmus, cuius contrariam sententiam tenet P. Molin. *de quo proximè*, *ex numer.*3. *versic. idem tamen*, & *versic. hanc tamen.*

Num. 31. & 32.

PRosequitur P. Molin. *vbi suprà*, *versiculo illud est obseruandum*, vbi subiungit, quòd si illa fuit mens testatoris, tenebitur transgressor in foro conscientiæ deserere maioratum, & tradere illum successori.

Num. 33. & 34.

HOc satis liquet ex adductis à P. Molina *de quo proximè disputat.* 612. *num.* 1.

Num. 35.

HIs adde Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap.* 21. *numer.* 4. P. Molin. *dict. disputatione* 112. *ex numer.* 3. & de conditione impossibili & turpi, vide Vincent. Fusar. *de substitut. quæstione* 454. *ex numer.* 96. & de conditione pro parte possibili, & pro parte impossibili, idem *vbi suprà numer.*34.

Num. 36. & 37.

POst auctorem plura adducunt P. Molin. *de quo proximè*, Donell. *lib.* 8. *comment. cap.* 32. §. *impossibilem conditionem*, & *ibi* addit. quos refert P. Basil. de Leon *lib.* 3. *de matrimon. capit.* 3. *de consensu conditionato*, *numero* 15.

Num. 38.

PRosequitur P. Molin. *lib.* 1. *disputat.* 208. *lit.* 8.

Num. 39. 40. & 41. *vsque ad* 44.

VIde P. Molin. *dict. disputatione* 611. *versicul. hîc tamen Molinæ.* & *disput.* 612. *num.* 4. & 5. Castill. *tom.* 6. *cap.*115. *num.*15.

Num. 44. *vsque ad* 51.

DE hac re vide P. Molin. *de quo proximè*, *ex numer.*6.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 51.

HOc ipsum repetit auct. *infrà in calce operis num.* 11. & recensèt P. Molin. *vbi proximè num.* 10.

Num. 52.

IBi, *mihi autem prima opinio.* Et hæc est securior & verior, saltim in hoc Castellæ regno, vbi nec licitè, nec validè in tertio transuersales filiis propriis præferuntur, idem sentiunt Burgos de Paz *quæstione* 2. *numer.* 74. P. Molin. *d. disputatione* 602. *numer.* 10. Ioann. Gutier. *lib.* 2. *pract. quæstione* 67 *num.* 4. Matienz. *in l.* 11. *titul.* 6. *lib.* 5. *recopil. gloss.* 11. *numero* 3. Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri, gloss.* 1. *ex num.* 53. vbi *numer.* 67. *versiculo qua verò.* Gregor. *in l.* 32. *titulo* 9. *parte* 6. *verbo, no valdra, versiculo vnde non obstante filio legitimo.* D. Ioann. del Castill. *tom.* 3. *controu. cap.* 12. *num.* 44.

Hoc limitatur primò, quando regia facultas intercedit, licèt conuenientius sit filiam admittere, modo & forma, de qua in præsenti, vt *suprà* in simili casu actum est, *cap.* 3 *numer.* 35.

Limitatur secundò, in maioratu instituto ex quinta parte bonorum cùm fas sit, non relinquere extraneis. P. Mol. *d. numer.* 10.

Num. 53.

COncluditur *hîc* primò, quòd à maioratu ex tertio bonorum instituto, filiæ propter masculos transuersales excludi non possunt.

Secundò, quòd ordo *d. l.* 17. *Tauri*, adeò præcisus est, (vide P. Molin.) vt illud quod in contrarium factum fuit, nullum est. quod primum vide.

Quoad secundum vide Angul. *ad leges meliorat. l.* 11. *gloss.* 4. *numer.* 9. *&* 10. Molin. de quo nuper, *numer.* 12. Mier. 2. *parte, quæstione* 6. *numer.* 25. *in antiquis, & numer.* 107. *in nouiss.* Auend. *in l.* 27. *Tauri. gloss.* 2. *numer.* 10. *in fine.* Castill. *d. cap.* 7. *numer.* 4. *& lib.* 3. *cap.* 12. *numer.* 44. & deinceps, & nouissimè *tom.* 5. *cap.* 98. *ex numero* 2. vbi nouiter citat Paz *in d. l.* 200. *stili, numer.* 67. Gutierr. *lib.* 2. *quæst.* 67. *numer.* 11. *versiculo secundò quid si aliud diceremus*, & apertissimè *numer.* 4. Castill. *tom.* 5. *cap.* 98. *numero* 22. *column.* 4. *post medium. fol.* 487. Idem Gutierr. *canonic. lib.* 2. *cap.* 25. *numer.* 6. idem Castill. *d. cap.* 99.

Quando maioratus constat ex tertio, & legum Regnorum constit. institutus est, communis Doctorum opinio & sententia est, nullo pacto posse filias ab eius successione propter masculos transuersales excludi, hoc ferunt auctor, & recensuerunt P. Molin. *dict. disputatione* 612. *numero* 12. Ioann. Gutier. *lib.* 2. *canonic. quæstion. cap.* 25. *numer.* 6. Paz *in l. stili* 200. *numer.* 124. In quo casu formam præscriptam à lege 27. *Tauri* seruari debere omnes fatentur. De quo per D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *cap.* 7. *ex numer.* 2. *& cap.* 77. *numer.* 4. *& capite* 30. *eiusdem libri, & cap.* 12. *numer.* 44. *lib.* 3. *& tom.* 5. *cap.* 99. *per totum.* Perez de Lara *tract. de vita hominis, cap.* 30. *num.* 121.

Hoc repetit auctor, & declarat *infrà in calce huius operis numer.* 10. vbi subiungit, posse parentem etiam absque regia facultate fœminam vltimi possessoris, filiam, vel filios clericos & monachos excludere, propter ipsius vltimi possessoris transuersales, dummodo ab ipso institutore maioratus descendãt, quod verissimum nobis semper fuit. Lex namque Tauri solùm descendentibus exclusis, ne transuersales ad meliorationem vocentur, non autem parentibus inter suos descendentes electionem denegant; idque in cõperto est, ex *l.* 18 19. *&* 21. *Tauri.* Quibus non adstringitur pater, ad hoc vt omnes

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

omnes descendentes substituat, sed potest liberè atque impunè vnum, vel aliquos ad maioratum aliis præteritis inuitare, Tell. *in l. 27. Tauro, numer. 4.* Ioann. Gutierr. *lib. 3. practic. quæstione 53. numer. 4.* Angul. *tract. de meliorat. glos. 9. num. 1. & glos. 11. num. 4. & glos. 8. numer. 1.* Matienz. *in l. 6. titul. 6. glos. 4. ex numer. 2. lib. 5. recopilat.* Paz *quæst. 5. ex num. 145.* & omnium latiùs D. Ioann. del Castill. *d. cap. 99. per totum.*

Ampliatur superior conclusio, etiamsi descendentes aliquem defectum patiantur, ex Mol. *de quo proximè.*

Num. 54. & 55.

PRo auctoris sententia vide Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap. 21. num. 16.* P. Thom. Sanchez *eodem tract. lib. 1. disputatione 34. numer. 15.* D. Ioann. del Castill. *lib. 3. controu. cap. 12. ex numer. 48. & lib. 4. cap. 36. numer. 27. & tom. 5. cap. 99. per totum, & cap. 100. num. 3.*

Quod intelligendum est, prout in fine operis ad hunc numerum obseruauit auctor, de quo *numero præcedenti* ostensum est, prout rectè addiderunt, vltra relatos, P. Molin. *d. disputatione 612. numer. 12.* P. Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi 2. part. lib. 7. cap. 15. numer. 6.* Perez de Lara *tract. de vita hominis. cap. 30. num. 121.*

Quorum sententiam probamus, quando monasterium, in quo monachus, siue monialis ingressi sunt, est capax successionis, quo casu sine vlla controuersia succedit, vt per auctorem *supra lib. 1. cap. 13. num. 78. & 79.*

Et ampliatur, etiamsi maioratus ex tertio institutus habeat dignitatem regalem, ac iurisdictionem annexam, vt ostensum est *supra dict. cap. 13. num. 94. versicul. nono & vltimo*, vbi ex Perez de Lara sic fuisse decisum comperimus.

Num. 56. vsque ad finem.

OMnes probant hanc distinctionem, à qua recedere non libet, & in specie Mierr. *4. parte de maiorat. quæst. 23.* Angul. *tract. de meliorat. l. 11. titul. 6. lib. 5. numer. 6.* P. Molin. *tractatu de iustitia & iure, dict. disputatione 612. num. 13. & tom. 3. disputat. 660.* P. Thom. Sanchez *in summa lib. 2. cap. 18. num. 38.*

CAPVT XIII.

Num. 1 vsque ad 4.

CONDITIO adiecta in maioratu, vt successores teneantur cum personis alicuius familiæ, vel cum certo genere personarum matrimonium contrahere, aliàs successione priuentur, non est à iure reprobata, & ideo obseruanda est, sic post auctor. communis schola Doctorum concludit. Primò quia spe præmij potest quis licitè ad matrimoniū inuitari. Secundò, quia hæc conditio, vt successor in certa familia nubat, non est vt nulli nubat; quę conditio tanquā turpis omnino reiicitur, & sic consentaneè auctoris sententiam probant P. Molin. *tract. 2. disputatione 613. ex num. 1.* Mier. *de maiorat. 1. parte, quæstione 50. & 51.* Franc. Molin. *tract. de ritu nupt. lib. 3. q. 25. & lib. 2. differentia 7. ex num. 11. & 33.* Leand. Galgan. *tract. de condit. & demonstrat. 1. part. cap. 18.* P. Thom. Sanchez *lib. 2. de matrim. disputatione 33. numero 7. & disputatione 40. numero 4.* D. Ioann. del Castill. plura adducens *tom. 6. quotidian. cap. 115. ex numer. 11. & cap. 126. ex num. 1.*

Et licèt ab hac sententia recedat P. Saa *in summa §. legatum, num. 37.* meritò improbatur, tam ex rationibus superiùs adductis, quàm ex *l. 14. tit. 4. & l. 22.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

titulo 9. part. 6. & maiori interpretum pondere, inter quos vix alius inueniri poteſt, qui contrarium ſentiat, ſícque nouiſſimè taxatur à P. Baſilio de Leon *tract. de matrim. lib. 3. cap. 6.*

Quorum communis ac receptior ſententia limitatur.

Primò ſi hæc conditio in legitima apponatur. P. Thom Sanchez *tract. de matrim. dict. diſputatione 33. numer. 10.* Ioan. Gutierr. *eodem tract. cap. 10. numer. 8.* niſi de conſenſu filij appoſita fuerit, vt *ſuprà cap. 11. num. 9.* vel ad id efficiendum Regia facultas intercedat.

Limitatur ſecundò, ſi præceptum tale eſt, vt contrahatur cum perſona indigna, vel turpi, P. Thom. Sanchez *de quo proximè, num. 12.* & vide *infr. num. 5.*

Num. 4. & 5.

PRoſequitur P. Molin. *de quo ſuprà, num. 1.*

Num. 6. vſque ad n. 14.

EX tota hac diſputatione colligitur duobus modis poſſe quis vocari ad maioratum, ſi contrahat cum conſanguinea, vno modo ſimpliciter, altero verò addendo ſi Papa diſpenſauerit.

In priori caſu, quidquid ſentiat A Coſta *hic* præcitatus; mihi tamen arridet auctoris opinio, nempe perinde eſſe ac ſi expreſſiſſet, *ſi ſummus Pontifex diſpenſet*, quod repetit in calce ſui operis *numer. 11.* & tamquam veriſſimum probant P. Molin. *tractat. de iuſt. & iure, diſputatione 613. ex numer. 3.* Ioann. Gutierr. *lib. 1. canonic. quæſtion. cap. 22. numero 23.* Sfortia *conſilio 52. per totum*, latè D. Ioann. del Caſtill. *lib. 3. controu. cap. 7. ex numero 42.* P. Baſil. de Leon *lib. 3. cap. 15. per totum.* & idem Coſta aduerſæ opinionis aſſecla, ſi rectè intueatur, *lib. 1. ſelect. cap. 8. numer. 14.* ad interpretationem textus *in l. cùm hæres. §. 1. ff. de ſtat. liber.* contrarium (ni fallor) non probat.

In ſecundo verò caſu, ſcilicet, ſi additum eſt, *ſi Papa diſpenſet*, iterum diſtinguit auctor; & *numero 8. 9. & 10.* ſi impedimentum eſt intra tertium & 4. gradum, valere conditionem firmat, quem ſequitur P. Molin. *vbi proximè*, Ioann. Gutierr. *conſilio 18. num. 6. 7. & 8.* idem *tract. de matrim. cap. 20. numer. 6.*

Si verò in ſecundo conſanguinitatis gradu verſetur, aſſerit conditionem non valere, ex *numer. 11. vſque ad 14.* Nos verò contrarium cenſemus; & ideo ſiue impedimentum ſit in 3. & 4. ſiue in ſecundo conſanguinitatis gradu, grauamen nubendi ſeruari debebit. nam quamuis ex diſpoſitione ſacri Concilij nunquam in ſecundo gradu diſpenſatur, niſi inter magnos Principes, & interueniente publica vtilitatis cauſa; hodie verò, prout cõpertum eſt, inter alios inferiores diſpenſari ſolitum eſt, neque diſpoſitio ſacri Concilij potuit Pontificum poteſtatem reſtringere, ideóque talis conditio non eſt de iure impoſſibilis, prout ipſemet auctor comprobauit in notis huius operis *numer. 12.* vbi ſententiam mutauit, quam amplexati ſunt idem tenentes, P. Molin. *dict. diſputatione 613. numer. 3.* P. Thom. Sanchez *lib. 5. de matrim. titulo de conſenſu condit. diſputatione 5. ex num. 19.* D. Ioann. del Caſtill. *lib. 3. controu. cap. 7. ex numer. 1. ſaltim numer. 48. 45.* Ioann. Gutierr. *dict. conſil. 18. & dict. cap. 20. numer. 6.* Mier. *1. parte, quæſtione 50. numer. 3.* Peres de Lara *tract. de vit. homin. cap. 4. numer. 33.* P. Baſil de Leon *lib. 3. de matrim. cap. 15.* vbi ſubiungit ad ſucceſſorem pertinere onus petẽdi talem diſpenſationem; & de ſoluendis expenſis, vide Sanchez *vbi ſuprà, dict. diſputatione 5. ex numer. 19.* & de diligentia quam

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quam debet interponere grauatus, ad hoc vt dispensatio concedatur, Bald. *consil.* 393. *lib.* 3. *numero* 2. Mier. 4. *parte, quæstione* 4. *numero* 10. *&* 20. D. Ioann. del Castill. *vbi suprà numer.* 21. *&* 22. P. Thom. Sanchez *dict. disputatione* 5. *num.* 2. Gutierr. *consil.* 18. *numer.* 9.

His subiungimus quòd si matrimonium contrahatur sub conditione, *si Papa dispensauerit*, non erit perfectum secuta dispensatione, imò nouus consensus intercedere necesse est, Petr. Surd. *cons.* 364. qui pluribus fundamẽtis hanc sententiam comprobat, P. Basil. *vbi suprà lib.* 3. *cap.* 14.

Nauarr. verò contrarium sentit *consil.* 1. *titul. de condit. appositi. ex numer.* 5. quem sequitur Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 2. *disput* 2. *num. fin.*

Cæterùm hæc vltima opinio probabilior est, & aduersùs Surd. *dict. consil.* 364. constanter defendunt, P. Thom. Sanch. *de matrim. titul. de consensu condit. disput.* 8. *num.* 24 P. Gasp. Hurtad. *eodem tract. disputatione* 7. *difficult.* 4. *ex numer.* 15. adseuerantes (rectè quidem) quòd aduenientе conditione nouo consensu opus non est, eo quòd sacrum Concilium de reformatione non sustulit matrimonium quod sub licita & honesta conditione fieri potest; & an tale matrimonium erit inefficax, si ante aduentum conditionis aliud contrahatur, vide Mier. *de maiorat. 1. parte, quæst.* 2. *numer.* 44.

Num. 14.

HÆc conditio, quòd maioratus successor contrahat cũ aliqua, ea recusãte habetur pro impleta, poterítque postea cum quacumque contrahere, absque timore amittendi maioratum, sic concludit auctor, & idem probant Cardin Mantic. *tract. de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 18. *numero* 37. Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumption.* 183. *numer.* 25. P. Molin. 1. *parte disputationu* 206. *&* 207. *& tract.* 2. *disputatione* 613. *numer.* 4. P. Thom. Sanchez *lib.* 1. *de matrim. disput.* 33. *numero* 19. *&* 20. Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 20. *num.* 18. P. Basil. de Leon *lib.* 3. *de matrim. cap.* 17. *numer.* 6. Hercul. Maresc. *lib.* 3. *variarum. cap.* 73. *ex num.* 10.

Idque ampliatur primò, si mulier data opera se celaret, ne requisitio ei fieret, vt *infrà numer.* 15.

Limitatur secundò, etiamsi postea efficiatur vidua, quia grauatus non tenetur spectare tempus viduitatis, vt *infrà num.* 17.

Num. 15.

HIs adde P. Molin. *dict. disputatione* 113. *numer.* 4. Ioann. Gutierr. *de matrim. dict. cap.* 20. *per totum.* P. Basil. de Leon *eodem tract. & loco vbi proximè.*

Num. 16.

GRauatus sub conditione contrahendi cum certa persona si ducat aliam, censetur defecisse cõditio, esto postea mortua ea vxore ducat illam quam ducere tenebatur. Hoc firmat auct. eiúsque sententiam probant P. Molin. *vbi suprà*, Gutierr. *dict. cap.* 20. *num.* 15. P. Basil. *lib.* 3. *de matrim. cap.* 17. & omnes, ea ratione ducti, de qua *ibi*, quod probabile mihi videtur, quam exornant. D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 15. *numer.* 2. *vsque ad numer.* 17.

Alij contrarium sentiunt, Petr. Surd. *cons.* 125. *n.* 14. *vol.* 1. Vincent. de Franch. *decisione* 164. *ex numer.* 9. Iacob. Menoch. *consil.* 413. *lib.* 5. Carpan. *ad statut. Mediolan. cap.* 311. *verbo deferatur*, vbi plura refert.

Sed à priori sententia non est recedendum, maximè cùm eo ipso, quo aliam vxorem duxit, successio maioratus in sequentem successorem trãsfertur,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tur, quæ in pendenti ſtare non poteſt, ex adductis *lib. 3. cap. 10. per totum*, & teſtatorem de primis nuptiis ſenſiſſe fatetur auct. *infr. num. 17.*

Num. 17.

PRo hac veriſſima ſententia vide P. Molin. *diſputatione 206. & tract. 2. dict. diſputatione 113. numer. 5.* P. Thom. Sanchez *lib. 1. de matrim. quæſtione 33. num. 8. & 20.* P. Baſil de Leon *lib. 3. de matrim. cap. 17. numer. 17.* Iacob. Menoch. *lib. 4. præſumptione 183. num. 25. & 146. num. numer. 31. verſiculo ſecundus eſt caſus*, Cardin. Mantic. *lib. 11. de coniecturis, titulo 18. num. 17.* Leand. Galganet. *tract. de condit. & demonſtrat, parte 2. cap. 1. quæſtione 29. numero 7. &* 8. Simon de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interpretatione 1. dub. 12. numer. 69. & interpretatione 2. dub. 1. num. 7.* Ioann. Bapt. Plotus *conſil. 87. num.* 8. inter conſilia matrimonialia diuerſa,

Num. 18.

HOc ipſum comprobant P. Molin. *dict. diſputatione 613. numer. 5.* Mier. *tract. de maiorat. 1. parte, quæſtione 50. numer. 13.* Ioann. Gutierr. *dict. cap. 20. de matrim. numer. 16.* aſſeuerantes in hoc caſu nõ eſſe locum pœnitentiæ, ídque in omni conditione negatiua admittendum eſt, Iacob. Menoch. *lib. 3. præſumptione 93. numer. 24.* & in conditione nuptiarum tradit Grat. *conſil. 108. num. 28.* & vbi modus apponitur ab inſtitutore, tamquam cauſa finalis diſpoſitionis, ſi non adimpletur, relicti priuationem inducit. Cardinal. Mant. *tract. de coniect. lib. 6. titulo 14. numer. 14.* Roland. *conſil. 70. numer. 6. lib. 3.* Riminal. *conſil. 343. numer. 5. lib. 3.* Natt. *conſil. 679, num. 15. & 16. lib. 4.* Franciſc. Serra *in ſua allegatione numer. 166.* & an hoc caſu ſtatim fiat tranſlatio in ſequentem, vide *l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam. l. ſi quis ſepulcrum §. fundus autem. ff. de religioſis & ſumpt funer.* de quo vide *ſuprà cap. 12. num. 16. & 17.*

Num. 19.

COnſentaneè cum auctore hoc ipſum profitemur. Primò, quia huiuſmodi grauamina potius tamquam modus, quàm tamquam conditiones ſolent imponi vocatis ad maioratus, iuxta ea quæ *ſuprà* dicta ſunt. Secundò quoniam is, qui eam conditionem, ſiue modum impoſuit, ſolùm intendit quòd ſi culpa grauati talis conditio, ſiue modus deficeret, diſpoſitio eſſet nulla. Tertiò ex adductis *infrà num. 20. & 26.* vbi ſi tales conditiones non deficiunt culpa grauati, ſed aliquo caſu fortuito, vel culpa alicuius tertij, tenet diſpoſitio, & hæc eſt communior ſententia Doctorum, quæ ſiue maioratus ex vltima voluntate, vt numero præcedenti actum eſt, ſiue contractu inſtituatur, locum habet, vt per Molin. Theolog. *dict. diſputatione 113. numero 7. &* 8. Ioann. Gutierr. *de matrim. dict. cap. 20. numer. 19.* P. Thom. Sanchez *lib. 1. diſput. 33. num. 21.*

Num. 20. vſque ad 23.

HIc actum eſt de impedimento à tertio illato, & *num. 20.* regulam generalem auct. ſtatuit, ſcilicet quòd ſi matrimonium à tertio impediatur, conditio nubendi pro defecta, nõ verò pro impleta habenda erit; ſed maioratus ſucceſſori præſtanda eſt actio aduersùs tertium impedientem. P. Molin. *vbi ſuprà*, Vincent. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſtione 454. num. 55.* quam concluſionem explicat ipſemet auct. *numer. 21.* ſubiungens, quòd tunc pro impleta habetur, ſi tertius ſoluendo non ſit, & id tenet Fuſar. *de quo proximè, numer. 56.*

Demum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Demum *nu n.*22. magis declarat, & affirmat hoc ita procedere, quando impedimentum à tertio iniustè illatum fuit, secus verò si iustè; exemplo in filia familias, quæ recusante patre nuptiarum conditioni non paret, de quo in eadem specie Cardin Mantic. *lib.* 11. *de coniectur. tit.* 13. P. Thom. Sanchez *lib.* 1. *de matrim. disputatione* 33. *num.* 13. P. Molin. *dict. disputatione* 613. *numer.* 8. Mier. *parte* 1. *quæstione* 50. *numer.* 8. subdens hoc esse magis pium, quàm tutum, Ludouic. Moros. *consil.* 97. *num.* 26. Nos verò in vtroque foro hanc opinionem admittendam censemus, ex adductis ab auct. & Sãchez *vbi suprà*, quos sequitur Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap.* 20. *numer.* 11. & ideo resoluimus, quòd si filia patata sit nubere, & à patre impediatur, consequitur relictum, ac si verè conditio fuisset impleta; esset namque indecens absque voluntate patris nubere, esto si absque fraude, vt bona fide id fiat, vt per Gutierr. & Mantic. *de quibus proximè*, D. Ioann. del Castill. *lib.* 4. *controu. cap.* 25. per totum, præsertim *à numer.* 38. vbi auctorem explicat, pluraque de consilio Bertrandi *hîc* præcitato recenset, quibus adde P. Ioann. Fontan. *tract. de pact. nupt. part.* 4. *gloss.* 3. *clausula* 6. *ex numer.* 29.

Num. 23. *vsque ad* 28.

His adde Ludouic. Moros. *dict. cons.* 97. Fontan. *dict. gloss.* 6. *ex num.* 32. Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 20. *ex numer.* 24. & repetit auct. in calce operis *numer.* 13. vbi limitat.

Num. 28 *vsque ad* 33.

COmmunis Doctorum sententia affirmat, quòd si maioratus institutor præceptum iniungat successoribus; scilicet, quòd contrahere matrimonium non possint cum certo genere personarum, vel cum descendentibus ex Iudæis, vel Sarracenis, valet & tenet, & formaliter impleri debet, quia non tollitur libertas contrahendi, de quo *sup. num.* 28. idémque fatemur consentaneè ex adductis à P. Thom. Sanchez *dict. lib.* 1. *de matrim. disputatione* 34. *num.* 4. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 1. 28. *ex numer.* 1. P. Basil. de Leon *tract. de matrim. lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 18. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *clausul.* 6. *gloss.* 3. *part.* 5. *num.* 56. P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 614. *ex num.* 1. Quid si maioratus in quo hoc grauamẽ appositum est, ex tertio & quinto bonorum iuxta legem 27. Tauri institutus sit, vide D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 128. *numer.* 2. & 3.

Num. 29.

DE diligentiis, quas institutus adhibere debet, ad scrutandum genus, vide P. Thom. Sanchez *vbi suprà*, qui refert, & sequitur auct. & in casu, in quo grauatus cum persona nobili cõtrahere debeat, sufficiat nobilitas sola ex paterna linea, vel priuilegio. Idem P. Thom. Sanchez *vbi suprà*, cum Mier. & Gregorio affirmatiuè resoluit, de quo per Scobar. *tract. de ratiocin. cap.* 19. *numero* 46. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 116. *numer.* 13, vbi cum Azeued. Gutierr. contrarium sentit; nimiam verò, & extraordinariam diligentiam, prout monet auct. *suprà num.* 34. non probamus.

Num. 30.

PRosequitur P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 614. *n.* 3. vbi refert, & sequitur, & hoc iuris ratione comprobatur, nemo enim priuari debet ob contrauẽtionem, nisi dolosè contraueniat, ex adductis ab Honded. *consil.* 68. *num.* 18. & in specie tenet Rot. Rom. decisione

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

edita sub consilio Hondedei 96. *vol.* 1. & in contractibus idipsum probant Mandel. Albens. *consil.* 97. *numer.* 33. & 36. *volum.* 1. ex *l. Titia. § si ea conditio. ff. de legat.* 2. *l. quicumque. C. qui admitti*; quod verissimum profitemur, ex adductis *suprà numeris præcedentibus*, vbi iustum impedimentum grauatum excusat, & ignorantia probabilis inter iustas causas impedimenti connumeratur. Anchar. *consil.* 174. *numer.* 4. & quælibet probabilis causa producit excusationem pœnæ, etiam conuentionalis, Bald. *in l. fin. quæstione* 11. *C. de contrab. emptione*. Ias. *in l. qui Romæ. §. duos fratres. num.* 19. *ff. de verb. obligat. & in l. Iulianus, numer.* 22. *ff. de condict. indebit.* Alex. *consil.* 115. *ex num.* 14. *vsque ad fin. vol.* 4. Tob. Non. *consil.* 111. *num.* 80.

Num. 31.

ADde P. Molinam de quo *suprà*, & hæc communis reputatio nobilitatis nobilitatē comprobat. Ioan. Garç. *tract. de nobilitate, glos.* 7. *n.* 11. Fulu Pacian. *de probat. cap.* 49. *numer.* 45. Rota per Farinac. *decisione* 248. *num.* 1. *lib.* 2. *& decisione* 250. *numer.* 4. *eodem libro*; videndus *ex num.* 3. vbi an minor in integrum restitui possit aduersùs spretum, vel non impletum præceptum & pœnam inde vniuscuiusque.

Num. 33.

VIde Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæstion.* 4. *illatione* 8. *numer.* 7. *& parte* 1. *quæstione* 50. *numer.* 14 *in antiqua editione.* P. Molin. *de quo proximè*, Menoch. *consil.* 425. *numer.* 18. *lib.* 5. P. Ioann. Fontan. *tractat. de pact. nupt. tom.* 2. *clausul.* 6. *glos.* 3. *parte* 4. *ex numer.* 39. Castill. *cap.* 127. *numer.* 14. *cum pluribus seqq.*

Num. 34.

OStensum est *suprà numer.* 29. & nimis scrupulosa generis indagatio necessaria non est, imò damnatur, ne ex ea dolus præsumatur, & causa sit litium. P. Molin. *vbi suprà numer.* 3. *prope finem*, & ita fuit decisum in hoc Regio consilio.

Num. 35. *vsque ad* 40.

PRæsēs disputatio duos casus complectitur, & de primo, licèt non satis firmus, idem tenet P. Molin. *vbi suprà, numero* 4. & recensent communiter P. Thom. Sanchez *lib.* 1. *de matrim. disputatione* 34. *numer.* 19. Gam. *decisione* 314. vbi addit D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 126. *numer.* 7. Francisc. Viu. *decisione* 480. *lib.* 3. Mastrill. *decisione* 233. *ex numero* 2. *lib.* 3. Anton. Fab. *lib.* 6. *Codic. titul.* 23. *de condit. instit. definitione* 18. Rota Romana per Farinac. *decisione*... licèt contrarium resoluere videatur. Materiam bene explicat Hercul. Marescot. *variarum lib.* 1. *cap.* 73. Canzer *lib.* 3. *var. c.* 7. *de pact. ex numer.* 279. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *glos.* 3. *part.* 5. *ex numer.* 1. Ricc. *collect. decis. parte* 4. *decis.* 1351. qui omnes (rectè equidem) hanc communem sententiam probant, in qua quæstione Ioann. Gutierr. *dict. tract. de matrim. cap.* 21. *à num.* 18. ait quòd si conditio simpliciter sit adiecta, non reiicitur; si verò filius successione priuaretur expressè, non seruata tali conditione, valet priuatio. Sed aduerte quòd ista opinio est contra omnium mentem, præcipuè contra Gam. *vbi suprà*, & contra iuris regulas, docentes quòd priuatio non incurritur ob non impletam conditionem, quæ à iure reiicitur. *l. Seius & Agerius. ff. ad leg. falcid. l. pater fam. ff. de hæred. inst.* & explicat optimè Sāch. *dict. disput.* 34. *n.* 22. & post alios firmat Caued. *decis.* 31. *n.* 5. *part.* 2. vbi est casus, an

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

an Princeps in donatione, quam facit de bonis Regiæ coronæ, possit apponere conditionem de nubendo fœminæ ab ipso Rege nominandæ.

Cæterùm fatemur cum auctore *hîc*, quòd inter patrem & extraneum nulla est distinctio adhibenda, eo quòd huiusmodi conditio de nubendo arbitrio & voluntate alterius, non est reprobata ex parte personę præcipientis, sed ex natura ipsius actus, & ex effectu, cùm matrimonij libertatem impediat, Bart. *in l. 1. ff. de his quæ pœn. nomine.* Roderic. Xuar. *in l. 2. titul. de los matrimonios. num. 21. versiculo hîc dicebat.* Costa *in dict. §. si arbitratu, ampliatione fin. num. 7.* Hercul. Maresc. *lib. 1. variarum, cap. 73. numer. 4. & 5.* Fontan. *tract. de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. gloss. 3. parte 5. ex numer. 12.* vbi refert decisum Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib. 3. cap. 29. numer. 22.* Iacob. Canzer *2. parte variarum resolut. cap. 7. de pactis, numer. 286. & numer. 288.* Anton. Fab. *super Codic. titul. de condit. insert.* vbi in conditione nubendi de voluntate patrui, & in specie hanc nostram sententiam probant P. Thom. Sanchez *dict. disputatione 34. numer. 22.* quem increpat P. Basil. de Leon *tract. de matrim. lib. 3. cap. 6. numer. 6.* Sed cum auctore, Sanchez, & superioribus tenendum censemus, & P. Basilij sententiam probamus tantùm, quando conditio apposita est, vt de licentia patris nubat, licentia enim à consensu & arbitratu plurimum differt; quare cùm non reiiciatur conditio, si de consilio alterius nupserit, vt *suprà numer. 36.* multo fortiùs sustinebitur respectu patris, cuius licentiam filia grauata honestè requirere tenetur, & iustè à patre potest denegari. Castill. *cap. 126. numer. 8. & cap. 127. ex num. 6.*

In secundo casu huius distinctionis, illa conditio, vt de consilio alterius nubat, sanè licita est, quia illo petito non adstringitur illud sequi grauatus, sed ducere poterit quam voluerit vxorem, nec est impeditiua matrimonij, sic refert & sequitur auct. P. Molin. *dict. disputatione 314. numer. 4. versicul. si autem conditio*, quorum sententiam communem dicimus, cum Zened. *collectan. 58. n. 6.* Hercules Maresc. *lib. 1. variarum, cap. 73. numer. 3.* Mart. *voto 50.* & omnium latiùs Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. parte 3. cap. 29. per totum*, vbi ampliat & limitat, & ponit casum, quando dictum est simul de consilio & voluntate talis, vide Fontan. *vbi supr. numer. 83. & 84.*

Idque ampliatur in casu, in quo dispensatio esset obtinenda propter gradum prohibentem, Mart. *de quo proximè*, & in hoc, consilium à consensu distat, quia iussus facere cum consilio, petere quidem consilium tenetur, minimè verò sequi, Mier. *tract. de maiorat. part. 1. quæstione 50. numer. 5.* Iacob. Menoch. *consil. 69. volum. 1.* P. Thom. Sanchez alios referens *lib. 1. de matrim. disputatione 34. numer. 24.* & prosequitur D. Ioann. del Castill. *tom. 6. controu. cap. 128. ex numer. 1.* Et quid si apponatur præceptum nubendi in familia, cum persona nominanda à possessore maioratus? vide Caued. *dict. decisione 31. part. 2.*

Limitatur hæc communis & recepta sententia, vt per auct. *infrà num. 38.* vbi ostensum erit.

Limitatur secundò *infr. numer. 39.*

Num. 36. & 37.

CAstill. *vbi sup. numer. 14.*

Num. 38.

IN casibus, in quibus non satis est petere consilium, sed illud sequi, reiicitur conditio, tam quam verè impeditiua matrimonij, prout conditio petendi consensum, proculdubio reiicitur, vt *suprà numero 35.* cum auctore, &

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

communi interpretum sententia dictum est, in qua specie hi casus non differunt, vt probat P. Thom Sanchez *dict. disputat.* 34. *num.* 28.

Num. 39.

HOc ipsum fateri oportet cum relatis à Mier. *dict. question.* 50. *numer.* 6. *in fin.* P. Thom. Sanchez *vbi suprà num.* 26. Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 21. *de matrim. numer.* 28. *&* 29. vbi in Hispanorum primogeniis hanc sententiam veriorem dicit.

Num. 40. *&* 41.

TOta hæc disputatio pendet ex adductis *suprà numeris præcedentibus*, vbi actum est, quòd si per successorem non stat, quo minus conditio adimpleatur, sed fortè aliqua causa impeditur, liber erit; nunc verò *numer.* 41. mortua persona, cuius consilium quis tenetur requirere, idem profitetur, quam partem nos etiam sequimur, ex traditis à Cardinal. Mantic. *lib.* 11. *de coniect. vltim. volunt. titul.* 18. *ex numer.* 11. subdens talem conditionem potestatiuam esse, eo quòd consilium tenetur requirere, sed non sequi, & quando conditio merè potestatiua defecit per casum, non deficit legatum, quia tunc testator non censetur voluisse, quòd penderet ex viribus fortunæ, & auctor. & Mantic. refert & sequitur P. Thom. Sanchez *dict. disputatione* 34. *num.* 27. excipiens à regula textum *in l. cum tale.* § *rescriptum. ff. de condit. & demonstrat.* Hispana primogenia ob præsumptam institutorum voluntatem.

CAPVT XIV.

Num. 1. *vsque ad n.* 5.

HIs adde P. Molin. *disputatione* 615. *ex numer.* 1. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 93. §. 20. *numer.* 3. & in materia vide Fusar. *de substit. quæstione* 447. *per totam.* Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 34. *à numero* 1. *vsque ad numerum* 6.

Num. 5. 6. *&* 7.

IDem recensent Francisc. de Ponte *consilio* 4. pro Comestabili Castellæ, *numer.* 35. Thesaur. *decis.* 270. *numer.* 1. & quòd armorũ insignia habeantur loco cognominum, probat Cassan. *in catalogo gloriæ mundi*, *consideratione* 54. & de his plenè per Thesaur. *vbi suprà num.* 33. D. Ioann. del Castill. *cap.* 136. *num.* 74. Perez de Lara *de vita homin. cap.* 13. *num.* 32. *&* 33.

Num. 8. *&* 9.

SEcundùm statuta & consuetudines Italiæ hoc verissimum est ex Thesaur. *dict. decisione* 270. *num.* 10 Ludouic. Morosc. *consilio* 50. *numer.* 20. Menoch. *consilio* 117. *numer.* 22. *&* 23. *lib.* 2. *& consil.* 220. *numer.* 29. P. Molin. *vbi suprà num.* 2. optimè Rota per Farinac. *decisione* 319. *numero* 4. *parte* 1. *in nouissim.* vbi dicit post alios procedere hoc in Italia, non in Hispania, de quo *hîc num.* 8.

At verò hoc grauamen ferendi nomen & arma fundatoris, ex consuetudine Regni, æquè masculis & fœminis, adimpleri potest, & ideo non censetur factum gratia conseruandæ agnationis, prout firmat auctor, cuius sententiam communem dicimus, tenen-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nendámque tam in iudicando, quàm in consulendo, ex adductis etiam à P. Ludouic. de Molin. *vbi suprà*, Burg de Paz *in proœm. legum Tauri, numero* 111. Auend. *in l.* 40. *Tauri glossa* 9. *numer.* 29. Aluarad. *de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 15. §. 1. *numer.* 23. & 24. & *cap.* 23. §. 4. *numero* 27. Iacob. Menoch. *consil.* 926. *numero* 49. *vsque ad* 52. *lib.* 10. Mier. *de maiorat.* 2. *parte*, *quæstione* 6. *num.* 23. Ioan. Garç. *tract. de nobilitate, in diuisione operis, numer.* 42. Alex. Raudens. *variarum resolut. cap.* 39. subdens quòd hoc grauamen tantùm in Hispania respicit conseruationem familiæ in genere, M. Anton. Peregrin. *consil.* 1. *numer.* 5. & 11. *volum.* 5. Tiber. Decian. *consil.* 31. *numer.* 93. *volum.* 1. Giurb. *decisione Siciliæ* 32. *num.* 18. Farinac. *dict. decis.* 319. de quo proximè D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controuers. cap.* 136. *numer.* 75. & 160. *numer.* 6. *verisimilè hactenus*, & omnium nouissimè Peres de Lara *tract. de vit. homin. cap.* 13. *numer.* 34. de quo inferiùs per auct. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 78.

Quorum recepta sententia limitatur primò si præcedit vocatio masculorum, & fœminarum exclusio, vel si aliquibus coniecturis appareat hoc gramen propter agnationis conseruationem esse iniūctum, ex adductis per auct. *dict. cap.* 5. *numer.* 78. vbi, *quòd ex solo nomine.*

Limitatur secundò, quando maioratus institutor vocauit masculos, neque adiecit, quòd hi nomen & arma familiæ acciperent, post quorum vocationem instituit fœminas, siue masculos ex fœminis, cum præcepto ferendi nomen & arma fundatoris, in hoc casu fictè, siue artificiosè, agnationi prospexisse censetur, vt per Socin. iun. *consil.* 69. *num.* 20. *volum.* 3. Hieron. Grat. *consil.* 120. *volum.* 2. *numer.* 26. & *consil.* 5. *numer.* 86. *volum.* 2. Hippolyt Rimin. *consil.* 21. *numer.* 28. & *consil.* 23. *numero* 86. *volum.* 1. Paul. Paris. *consil.* 19. *numer.* 33. *volum.* 2. Iacob. Menoch. *consil.* 117. *num.* 22. & 23. Ioan. Zeph. *consil* 251. *num.* 50. *vol.* 2. Cardin. Mantic. *lib.* 6. *de coniectur. titul.* 15. *per totum.* Thesaur. *dict. decisione, de qua proximè, numer.* 19. & *decisione* 188. *numer.* 11. cum pluribus adductis à Fusar. *de subst. quæstione* 499. *numero* 13. quod intellige vbi grauamen fuit appositum pluribus successiuè; secus verò si vni tantùm nominatim & expressè. M. Anton. Peregrin. *consil.* 70. *num.* 22. Fusar. *vbi suprà n.* 14.

Cæterùm in Hispanorum primogeniis contrarium censemus, nisi simul aliæ vrgentiores coniecturæ appareant, vel expressè à maioratus institutore dictum sit, vt in specie tenet Farin. *dict. decis.* 319 quem refert Fusar. *dict. num.* 13. *in fin.*

Num. 10.

His adde P. Molin. *dict. disputatione* 615. *num.* 2. Vincent. Fular. *de subst. dict. quæst.* 447. *ex numer.* 1. Perez de Lara *tract. de vit. homin. cap.* 13. *num.* 22.

Num. 11.

IBi, *Plus dixit Guido.* Hoc verissimum contra Guido. *in maioratibus Hispaniæ*, P. Molin. *vbi sup.* D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *controu. cap.* 115. *num.* 17.

Num. 12.

VIde *suprà lib.* 1. *capit.* 14. *numero* 1. Prosequitur P. Molin. *vbi proximè, numero* 3. de quo vide Rotam Sacri Palatij *decisione* 39. *parte* 1. Galganet. *tract. de condit. & demonstr.* 2. *parte cap.* 6. *quæstione* 3. *ex numero* 4. D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *controu. cap.* 181. *num.* 29. & 30. & his concinit decisio textus *in cap. cùm in nostris* 6. *de concessione præbendæ.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 13. *vsque ad* 23.

ADde *infr. numer.* 23. *& supr. cap.* 12. *num.* 7. P. Surd. *decisione Mantuana* 57, *num.* 3. *&* 4. P. Molin. *de quo proximè, num.* 4. Tiber. Decian. *consil.* 1. *numero* 9. *volum.* 3. Canzer *lib.* 3. *variarum, cap.* 22. *ex numer.* 87. vbi ferè in simili specie Castill. *tom.* 5, *cap.* 180. *num.* 23. *cum seqq.* Fusar. *de substitutione, quæstione* 582. *ex num.* 1.

Num. 23.

SI hoc grauamen cognorninis & armorum in vim conditionis iniunctum est, statim cùm primùm potuerit grauatus adimplere tenetur, etiam non interpellatus, alioquin vlteriùs vocato successio defertur, prout est huius prima distinctionis pars, de qua P. Molina *vbi suprà num.* 4. Thesaur. *decisione* 270. *numer.* 25. Matienz. *in l.* 7. *titulo* 7. *lib.* 1. *recopilat. gloss.* 1. per totum, optimè Vincent. Fusar. *de substit. quæstione* 447. *numer.* 13. & in vim conditionis censetur appositum, veluti si institutor dixerit, quòd non transeat in vocatum neque dominium, neque possessio, nisi tale grauamen priùs adimpleat, ex adductis superiùs *cap.* 12. *numer.* 17. quo casu etsi omnes conditiones in vim modi in Hispanorum primogeniis relictæ censeantur, iste modus verè & propriè conditioni æquipollet, P. Molin. *de quo proximè, numero* 3.

Si verò in vim modi grauamen appositum est, auctor firmat *hic* interpellationem necessariam esse, nec opus esse annum labi. P. Molin. *dict. numer.* 4. Mier. 3. *parte de maiorat. quæstione* 12. *num.* 27. Iacob. Menoch. *consil.* 131. *num.* 6. *lib.* 2. *& consil.* 1011. *numer.* 7. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 798. *ex numer.* 10. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotidian. controu. cap.* 110. *de n.* 18. *& cap.* 115. *n.* 16. vbi cum auct. in arbitrio iudicantis relinquit. quorum sententiam probamus, vlteriúsque addimus eo ipso quòd modo contraueniatur, vtendo alio nomine, aliáque arma, & nō institutoris assumendo ac deferendo amittere maioratum ob modi transgressionem, & euolui ad vlteriùs vocatum, esto nulla admonitio præcesserit; admonitionem verò solùm dicerem necessariam, quando ille se haberet negatiuè, neque institutoris arma, neque aliqua alia assumendo ac deferendo.

Hæc omnia declarantur primò, dūmodo contrauentio conditionis nō casu, neque ex modica negligentia, sed ex proposito & cum perseuerantia facta sit; & de casu impotentię, vide Fusar. *de substit. quæstione* 465. & adducta superiùs *toto capite* 13. de omnibus verò simul auct. *suprà num.* 21.

Declaratur secundò, quando nomen & arma honesta sunt, non verò inhonesta, & turpia, vt *infrà* ostensum erit *num.* 25.

Declaratur tertiò, vt contraueniens teneatur restituere rem cum fructibus, quando in vim conditionis, vel quando in vim modi, qui conditioni æquipollet, grauamen relictum est, P. Molin. *de quo proximè, dict. num.* 3. Mier. *tract. de maiorat.* 2. *parte, quæstione* 4. *illatione* 8. *ex num.* 37. & pluribus relatis Vincent. Fusar. *de subst. dict. quæst.* 447. *numer.* 2. 3.

Secus verò, si in vim modi, de quo *in versiculo, sed quamuis*, grauamen relictum est, & differentia inter vocationem modalem, & conditionalem quoad fructuum restitutionem magni ponderis est, eo quòd in vltimo casu, donec grauatus condionem adimpleat, neque ciuilissima possessio in eum transit; quare ad fructuum restitutionem tenetur, cùm possessio sit fructuum percipiendorum causa, ex adductis

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

adductis *infrà lib. 3. cap. 5. numer. 69.* In priori verò casu contra eum, grauato priùs dominium ac possessio quæritur, vt *suprà cap. 12. ex num. 4. cum seqq.* actum est.

Num. 24.

DEnique secunda huius distinctionis pars, vti prior, verissima est, per relatos *suprà*, maximè P. Molin. *dict. disputatione 615. numer. 9.*

Num. 25.

HIs adde P. Molin. de quo proximè, *numero 9.* Simon de Prætis *de interpretatione vltim. volunt. folio 302. num. 21. in fine.* Vincent. Fusar. *de substitut. d. quæstione 447. ex numer. 14.* Perez de Lara *tractat. de vita hominis. cap. 13. numero 43.*

Num. 26. vsque ad 36.

IN hac quæstione, prout auctor fusè tota hac disputatione obseruat, sic distinguendum censemus, aut præceptum iniunctum est, vt deferatur nomen & arma sola absque aliorum immixtione; tunc verò siue alius maioratus simpliciter institutus sit, non potest vnus & idem succedere simul in vtroque maioratu: vbi obseruat auctor *in præsenti, numer. 26. 27. 28. 29. & 30.* aut vterque institutor præcepit assumi cognomen ipsius, & arma simpliciter, nihil addendo; tunc verò præceptum impletur, etiamsi nomini & armis institutoris alia misceantur, ex auct. in præsenti *numero 30.* cui standum est affirmanter, vt probant P. Molin. *d. disputatione 615. ex numer. 5. & 6.* Ioann. Francisc. de Ponte *consilio 4. ex numer. 1.* Ant. Thesaur. *d. decisione 270. numer. 13.* Raud. *consilio 35. numer. 88. lib. 1.* Mier. *2. parte, quæstione 6. numer. 77.* Burgos de Paz *quæstione 2. numer. 78. lib. 2. cap. 4. numero 93.* & D. Ioann. del Castill. *lib. 3. controu. cap. 15. ex numero 90. & lib. 5. cap. 136. numer. 77. & cap. 160. numer. 7. & cap. 180. num. 18.* Mier. *4. parte de maiorat. illatione 8. numer. 10.* Mart. *voto 73. numer. 9.* Aluarad. *de coniect. mente defunct. lib. 2. cap. 2. §. 1. numero 40.* Stephan. Gratian. *tom. 4. discept. forens. cap. 645. numero 17.* vbi refert auctorem *ex numer. 30. vsque ad num. 37.* & de praxi ac consuetudine testantur Valenz. Velazq. *consil. 69. num. 26. vsque ad 46.* super maioratu de Tobar. Vincent. Fusar. *de substitut. quæstione 447. numer. 19.* qui nihil resoluit; optimè, & omnium nouissimè Peres de Lara *tract. de vit. homin. cap. 13. numer. 40.* vbi refert decisum, & repetit auctor *infr. lib. 3. cap. 2. num. 30.* & de consuetudine Hispaniæ, quando deficit verbum *sola*, in vtroque maioratu succedit grauatus, ex auctor. *hîc numero 30. & 31.* & ex omnibus superiùs relatis; & an idem sit dicere, *sola, & absque aliorum immixtione*, vel, *absque aliorum immixtione tantùm*, vide Pont. *dict. consil. 4. numer. 6. lib. 1.* D. Ioann. del Castill. *dict. cap. 180. ex num. 19.*

Num. 36. vsque ad 45.

PRosequitur P. Molin. *vbi suprà num. 7.* de quo per Aluarad. *tract. de coniect. mente defuncti, vbi suprà.* Valenz. Velazq. *dict. consil. 69. numer. 26.* quorum recepta sententia limitatur primò, nisi maioratus receptio maioris qualitatis, ac magnitudinis atque excellentię sit. P. Molin. Valenz. Velazq. Aluarad. *de quibus proximè*, & repetit auctor *infrà num. 41.*

Et conclusio quæ ex auctore *hîc* elici solet, sanè intelligi oportet, quando vterque status habet eandem regulam, iuri communi adęquatam, & congruentem; cæterùm si vnus eorum ex legali fonte procedat, alter verò ius singulare,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

singulare, vel odiosum contineat, tunc profectò iuris communis virtus coniuncta vetustati prioris tituli obumbrat, & confundit magnitudinem subsequentis, vt agnoscit Philipp. Port. *consil.167.numer.* 53. *vsque ad* 58. *& numer.* 94. *vsque ad* 97. ac rursus *numer.* 101. vbi magnitudinis considerationem excludit, Virgil. Sylueſtr. *de natur. feudal. cap.5. numer.* 60. Cæsar Barz. *decis.* 130. *num.* 116. *& 117. folio nobis* 363.

Limitatur secundò *infrà ex numer.*38. de quo vide P. Molin. & relatos *suprà.*

Num. 45.

IDem agnoscit P.Molin. *dict. disputatione 615. numer.7. in fin.* & an hoc grauamen nominis & armorum debeat sine intermissione deferri, vide Mier. *de maiorat. 4. parte, quæstione* 21. vbi cum Thesaur. *dict. decisione* 270. & aliorum sententiis probat, quod momentaneum esse non debet, idē 2. *part. quæst.* 4. *illatione* 8. *num.* 322. Vincent. Fusar. *de substit. quæstione* 447. *num.* 10. vbi etiam cum Thesauro requiri perseuerantiam asserit.

Num. 46.

REctè respondit auctor, eo quòd pœna priuationis, nisi in casibus à iure expressis, apponi non debet, vt ostensum est *suprà lib.*1. *cap.*9. *numer.* 101. & in specie idem probant P.Molin. *de quo suprà numer.*8. M.Anton.Peregrin. *consil.*70. *ex num.*20. *lib.*3. *& consil.*56. *num.* 18. *lib.* 4. D.Ioann.del Castill. *tom.*5. *cap.* 181. *ex numer.*13.

*Num.*47. *vsque ad finem.*

PRosequitur P.Molin. *dict. disput.*613. *num.*9.

CAPVT XV.

*Num.*1.

HIs adde P.Molin. *tract.*2. *de iust. & iure, disputatione* 616. *ex numer.*1. Franciſc. Molin. *tract. de vit. nupt. lib.*3. *quæstione* 2. *num.*68. & per quos & quibus alimenta debeantur, vide Ricc. *in collect. decisione* 962. *parte* 4. & quando lite pendente, *collect.* 99. & de discrimine inter præterita & futura, *collect.*348. & de eorum priuilegiis, *collect.*307. & quid de alimentis viduarum, *collect.*98. *part.*4.

Num. 2.

REpetit auctor *infr. lib.*4. *cap.*2. *num.* 81. *& sup. cap.* 11. *numer.* 14. *prope finem, lib.*2. *cap.*1. *numer.*10. & idem recensent Mier. 1. *parte, quæstione* 31. *numero* 6. Flores de Mena *in additione ad Gam. decisione* 379. Fusar. *de subst. quæst.*297. *num.*1. P. Molin. *vbi sup.* quod vbique tenent Doctores.

*Num.*3. *& 4.*

IDem agnoscunt P. Molin. *de quo proximè, numer.* 4. & nouissimè Peres de Lara *tract. de vit. hominis, cap.*13. *n.*63.

Num. 5.

PRosequitur P.Molin. *dict. disput.*616. *num.*5. limitans quando alimenta competentia acceperunt patres, quo casu his neporibus alimenta nō debētur, vel quando ipsorum patres superstitos sunt, ex adductis *infr. num.*

Num. 6.

REctè obseruat auct. quòd hæc alimenta etiam liberis habentibus vnde

vnde se alant, prestanda sunt, & consonat *suprà cap. 1. num. 28. & infrà hoc eodem cap. numer. 8.* sícque obseruari ac practicari solitum est. Deinde rationem subiungit, dicens, quia cùm hæc alimenta loco legitimę subrogentur, prout actũ fuit *numer. 2* & legitima etiam habentibus vnde se alere possint, debeatur, meritò equidem his etiam alimenta debentur, sic tenet P. Molin. *dict. disputatione 616. numer. 6.* Mieres 4. *parte, quæstione 28. ex numero 21.* & cùm iure actionis petantur, præterita quoque debentur, ac repeti possunt. Afflict. *decisione 10. numer. 14.* secus verò si officio iudicis debentur, de quibus inferiùs *num.* . Barbos. *in l. 2. parte 1. numer. 16. & 31. ff. solut. matrim.* Pontan. *de aliment. cap. 12. in principio*, vbi refert decisum in Rota. Rebell. *de obligat. iust. quæstione 11. numer. 8.* Petr. Surd. *tract. de aliment. titulo 1. quæstione 45. numer. 62. & 63.* Alex. Trentazinq. *lib. 1. variarum, titulo de nothis & spuriis, resolutione 2. num. 43. & de aliment, resolutione 1. numer. 5. & 6.* Canzer *variarum cap. 11. de sponsal. & matrim. numero 34.* Anton. Thesaur. *decisione 44. numer. 1.* vbi decisum. Anton. Fab. *lib. 5. Codic. de rei vxor. actio. titulo 8. definit. 6. versic. quamuis, & lib. 4. titulo 7. de oblig. & actio. definit. 20.* Flauius Amendal. *in addit. ad Franchis decisione 489.* Antonius de Amat. *variar. cap. 49. num. 64.*

Et quod dictum est, quoad alimenta præterita, quæ officio iudicis debentur, fallit, nisi quis feciſſet se debitorem, vt se aleret, Afflict. *vbi suprà.* Molfes. *in consuetudin. Neapolit. tom. 1. parte 5. quæstione 4. numero 14. & parte 6. quæstione 10. numero 7. & consil. 9. num. 35.* Vincent. de Franchis *decisione 605. lib. 4.* Thesaur. *vbi suprà numer. 1.* Ioann. Gutierr. *allegatione 24. numer. 2.* Amat. qui alios refert, *num. 66.*

Num. 7. & 8.

FIrmat auct. quòd dos, quæ loco legitimæ subrogatur, debetur filiabus, etiam aliunde dotatis, de quo *supr. numero 6.* & probat P. Molin. *d. disputatione 616. numero 5. versiculo præterea quamuis*, subdens quòd debet relinqui competens dos comparatione aliorum filiorum ad hoc quòd filia de tota sumat sibi statum, & huic addẽdum censemus quòd maiori dos præstari debet, quando causa maioratus filiæ portionem legitimam vinculari patiuntur. Decian. *consil. 276.* Giurb. *ad consuet. Mesan. cap. 3. gloss. 7. n. 50.* optimè Mier. *de maiorat. 1. parte, quæstione 3. numer. 15.* vel quando vnica tantùm filia extiterit, quo casu pinguiùs est dotanda, Bald. *consil. 68. num. 3. lib. 1.* Angel. *consil. 367. numer. 4.*

Num. 9. & 10.

PRo hac opinione vide Mier. 4. *part. de maior. quæst. 28. numer. 22.* Petr. Surd. *tract. de aliment. titul. 13. quæstione 1. numer. 7.* Esse *decisione 26. numero 47.* D. Ioann. del Castill. *tom. 5. cap. 62. num. 94. & 101. & 111. & 118.* Thes. *decisione 127. num. 3. & 4.* Mart. *de successione legal. parte 1. quæstione 25. articulo 10. numer. 1.* quorum sententiam probamus.

Num. 11.

HIs adde Bald. *consil. 221. numer. 3. lib. 4.* Mier. 4. *parte, quæstione 28. ex numer. 22.* Esse *de quo proximè*, Petr. Surd. *tractat. de aliment. titulo 7. quæstione 6. in fine. & titulo 4. quæstione 9. ex num. 22.* Ioseph. Ludouic. *decisione 28. ex numer. 10.* & alios, quos pro hac sententia adducit Vincent. Fusar. *de subst. quæst. 297. num. 22.* Giurb. *ad consuet. Mes. cap. 3. gloss. 7. num. 67.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 12.

PRo vtraque parte disputat hanc quæstionem Vincent. Fusar. *de subst. dict. quæstione* 297. *ex numer.* 8. vbi *num.*13. contrarium tenet;nos verò, vtcumque sit, sanè probamus quòd si Regia facultate maioratus institutus sit,& vltra competentia alimenta alicui filiorum relicta, aliquid à patre relinquatur, non poterit in illo incremento grauamen, aut onus apponere;& ratio est, quia cùm integra legitima sit ei alioquin debita, neque æquitas patitur, vt parens constituat maioratum, contingendo legitimas filiorum, & insuper sibi reseruet tertium,& quintum, de quo liberè possit disponere, sanè quidquid reliquit vni filiorum intra terminos legitimæ, ipsi alioquin debitæ, tamquam legitima illius est id reputandum,neque vllum grauamen poterit parens in eo apponere. P. Molin. *vbi suprà numer.*6. & his concinit, quòd pinguiùs dotari debet filia, si causa maioratus legitimam portionem suam vinculari patiatur, ex adductis à nobis *suprà numer.*8 Quare nullum incrementum in hac specie potest considerari, in quo grauamen subsistat, & in specie D. Ioann. del Castill.*de quo proximè.*

*Num.*13.*vsque ad* 24.

LIcèt verò legitima tam de iure communi,quàm de iure Regio, titulo institutionis relinquenda sit, prout tota hac disputatione rectè equidem auct.testatur,& post eum Valdes in addit. ad Xuar. *ad l. quoniam in prioribus,limitatione* 15.*numer.* 1.Vincent. Fusar.*de substitut.quæstione* 660. *numero* 8. P. Molin. *dict. disputatione* 615. *numero* 7. tamen quando maioratus Regia facultate institutus est, contingendo legitimas filiorum, satis est vt quouis alio titulo relinquatur, ex *numer.* 20. concluditur,& inferiùs *numer.* 23. vbi subiungit auct. tutius esse si Regiis facultatibus exprimatur satis esse quocumque titulo relinqui.

Num. 24.*vsque ad* 37.

SVperiùs *capit.* 1. per totum,actum est quòd maioratus institutiones contingendo legitimas filiorum, ea lege conceduntur, dummodo cæteris filiis alimenta competentia relinquãtur;nũc verò quærit auctor,an filij poterunt institutionem maioratus nullam dicere, si eis alimenta non relinquantur, vel ipse maioratus sustineatur, assignatis postea competentibus alimentis; in qua quæstione post longam disputationem, *num.* 26. *&* *num.* 28.*&* *num.*33.concludit,valere quidem maioratum, ac competentibus alimentis assignatis sustineri, idque obseruauit *suprà dict. cap.* 1. *num.*27. de quo P.Molin.*disputatione* 578.*num.*5. *&* *disputatione* 616. *numer.* 6. Petr. Surd. *tract. de aliment.titulo* 3.*priuilegio* 93. *numer.* 8. longè verò cum maiori ratione, quando maioratus institutor relinqueret quidem cæteris filiis alimenta, attamen minimè sufficientia, ex auctore *infrà numer.*34.*&* *dict. cap.* 1. *num.* 27. P. Molin. *de quo suprà.* Francisc.Viuius *decisione* 414. &,vt tutiùs in hac re procedatur,*numer.*41. consuluit auct. quid agendum sit.

*Num.*37. *&* 38.

PRosequitur latè Giurba *ad consuetudin.Mesan.cap.*3.*gloss.*7.*num.*23.

Num. 39.

HÆc alimentorum taxatio, adhibita parentum facultate, ac numeri

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

meri filiorum cognitione, fieri debet, vt tenet auct. *in præsenti*, & repetit *num.* 41. quem sequuntur Mier. 1. *part. quæst.* 3. *numer.* 13. & 14. P. Molin. *dict. disputatione* 616. *numer.* 2. atque etiam patriæ consuetudine inspecta, prout multis adductis probant P. Molin. *tract. de iust. & iure, disputatione* 168. Gregor. Lopez *in l.* 15. *titulo* 10. *glossa iuris, parte* 5. Gutierr. *tract. de iuramento confirmat. part.* 3. *cap.* 15. *numero* 1. Canzer *variarum lib.* 1. *cap.* 16. *numero* 18. Menoch. *de arbitrar. cas.* 159. *numero* 5. & *de præsumpt. lib.* 1. *quæstione* 18. *num.* 8. Andr. Fachin. *lib.* 6. *controu. cap.* 34. Cardinal. Tusc. *tom.* 1. *litt. A. conclusione* 184. Giurba *decisione* 6. *n.* 1. & 2. quorum sententia communis est, & tenenda in iudicando & consulendo.

Num. 40.

His adde Menoch. *consil.* 411. *numero* 9.

Num. 41.

Vide P. Molin. *dict. disputatione* 616. *numer.* 6. & superiùs adducta *numero* 24.

Num. 42. *vsque ad* 46.

Sicut filiis legitimis, ita illegitimis, & spuriis ab institutoribus maioratus alimenta competentia debentur, ita sanè, si illa aliunde non habeant, vt *infrà numero* 46. Quare si illa illis non relinquant, tribuenda sunt de bonis ipsius maioratus vinculatis etiam, hoc concludit cum auctore alter Molina, de quo *suprà*, & præsens conclusio locum habet, nedum in alimentis, verùm etiam in dote, vt *num.* 45. & *suprà numer.* 7. ostensum est, quæ alendi obligatio, prout est communis de mente omnium scribentium sentẽtia, ad successores & hæredes transfertur, vt tenent Palæot. *tract. de nothis & spuriis cap.* 47. *num.* 7. Osasc. *decisione Pedem.* 211. Rot. Roman. per Farinac. *decis.* 47. *nouiter nouissim.* Royas *in epit. succes. cap.* 21. *numer.* 56. vbi quòd hoc onus reale est, & ad quoscumque etiam extraneos hæredes transit, Rota per eumdem Farinac. *decisione* 82. Anton. Capye. *decisione Neapolit.* 164 *numer.* 4. *in fin.* Vincent. de Franch. *decisione* 178. *numer.* 17. Andreas Gail *lib.* 2. *obseruatione* 95. *numer.* 5. idem in supplemento D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotidian. controu. cap.* 62. *numer.* 96. Giurb. *decisione* 5. *num.* 13. 19. & 44. vbi ampliat in donatario omnium bonorum, & auctor *num.* 13. quærit an pro his alimentis competat hypotheca, quod procedit, etiam si pater liberos legitimos haberet, vt *infrà numero* 49.

Num. 46.

His adde Velazq. de Auend. *in l.* 10. *Tauri gloss.* 1. *ex numer.* 1. & pluribus adductis Giurba *decisione* 5. *numer.* 8. vbi cum Deciano, Colero, & aliis id tenet, idem ad consuet. Mesanens. *cap.* 7. *gloss.* 13. de quo *infrà num.* 68.

Num. 47.

Idem probant Palac. Rub. *in cap. per vestras*, 3. *notab.* § 23. *num.* 6. Matienz. *in l.* 8. *lib.* 5. *recop. num.* 3. Padilla *in auth. res quæ, numer.* 40. *C. commun. de legat* Baeza *tract. de non meliorand. filiabus cap.* 5. *n.* 3. Lara Cordubens. *in l. si quis à liberis.* §. *sed si filius, numer.* 1. *ff. de lib. agnosc.* Alciat. *consil.* 223. *num.* 16. *lib.* 9. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 62. *numer.* 110.

Num. 48.

Vide *suprà num.* 46.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 49.

ADde *supra dict. num.* 46. *& infrà cap.* 16. *numer.* 32. & an prædicta alimenta de quinto bonorum, an verò tamquam æs alienum de tota hæreditate deducenda sint, vide Ayor. *tract. de partit. 2. parte, quæstione* 7. vbi concludit deduci, debere de quinto, iuxta *leg.* 9 *&* 10. *Tauri*, & ita refert decisum.

Num. 50. *&* 51.

PRosequitur Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæst.* 107.

Num. 52. *vsque ad* 54.

ACtum est in præsenti, vtrùm parens possit relinquere filiis spuriis alimenta vltra quintum, si quintum ad illa non sufficiat; in qua quæstione quòd debeantur, probant Gregor. *in l.* 8. *titulo* 13. *part.* 6. Anton. Gom. *in l.* 9. *&* 10. *Taur. numer.* 41. Dieg. Perez *in l.* 22. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordinam.* qui loquitur in filio clerici. Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæstione* 109. *in fine.* P. Molin. *lib.* 1. *de iust. & iure, disputatione* 168. *lit. D.* Zeuall. *tom.* 3. *commun. quæstione* 757. *numer.* 24. & meliùs *quæst.* 779. *à numer.* 73. Matienz. *lib.* 5. *titul.* 8. *recopilat. gloss.* 1. *numero* 8. Ioann. Garç. *tract. de expens. cap.* 3. *numer.* 28. subdens, hoc procedere, quoties filij legitimi non extant; sed quòd procedat etiam extantibus filiis legitimis, dummodo quintum ad congruam sustentationem non sufficiat, & fiat sine graui præiudicio legitimæ filiorum, probat Gutierr. *vbi suprà*, in quam sententiam propendimus, quidquid contrarium teneat Tellus *in dict. l.* 10. *numer.* 3. quem refert & contrectat Lara Cordubens. *in dict. l. si quis à liberis. §. idem rescripsit, à num.* 59. *ff. de lib. agnosc.*

Num. 54.

IBi, *in qua quæstione.* His adde Matienz. *in l.* 8. *gloss.* 1. *à num.* 16. *titulo* 8. *lib.* 5. *recopilat.* & Azeued. *ibi à numer.* 10. Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæstione* 109. *&* 110. & contra Couarr. *hìc* præcitatum magis communiter sentiunt Doctores, vt refert Florez Diaz de Mena *in addit. ad Gam. dec.* 346. *versicul. secundò adde.* de quo vide Barbos. 4. *parte l.* 1. *numer.* 77. *versiculo ad perfectam autem, ff. solut. matrim.* & omnium nouissimè D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 62. *numer.* 109. & his concinit quod actum est *suprà n.* 46. *&* 49. vbi diximus.

Num. 55.

V*Ersiculo, sed verius.* Ita testatur decisum Gam. *decisione* 225. *num.* 2. de quo D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 62. *numer.* 97. vbi refert Zeuall. & Filliucium sic tenentes, & in materia plura adducit Giurba *dict. decisione* 5. *ex num.* 1.

Num. 56. *vsque ad* 60.

COncluditur *hìc numer.* 57. *&* 58. quòd maioratus possessor teneatur alere & dotare fratres & sorores; & *numer.* 59. etiamsi à primo maioratus institutore non descendant, ídque profitetur Mier. 4. *parte de maiorat. quæstione* 28. *numer.* 13. & *num.* 35. *&* 36. extendit ad sororem iam nuptam, tetans de communi Petr. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæstione* 25. *à num.* 15. Mat. Colerus *eodem tract. lib.* 1. *cap.* 9. P. Barbos. *in l.* 1. 4. *parte, solut. matrim. ex numer.* 125. *&* 130. vbi optimè explicat, & quærit, an hæc obligatio oriatur ex sanguinis cõiunctione, & an ex natura & obligatione maioratus, Ioann. Garç. *tract. de expensis cap.* 3. *numer.* 34. Costa *de remed. subsidiar.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

subsidiar. remedio 66. per totum, Molfes. *ad consuet. Neapolit. part. 6. de iure dot.* Giurb. *ad consuetud. Mesan. capit. 3. gloss. 13. parte 1. ex numer. 57.* idem *decisione 45. num. 13.* Vincent. de Franch. *decisione 73. num. 4. & decisione 87. num. 12. & decisione 178. num. 7. & 13.* Treuisan. *decisione 22. num. 1. lib. 1.* Fontan. *tract. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 3. tom. 2. ex numer. 11.* de quo decidendi rationem reddit auctor in calce huius operis *numero* 14. cuius sententiam veram & communem dicimus, & nedum in consulendo, sed in iudicando tenendam.

Num. 60. & 61.

REctè equidem, siue sorores sint consanguineæ, prout superiùs actum est, siue vterinæ tantùm, Petr. Surd. *suprà numero 16. & 17.* Idem Colerus *numer. 7.* & siue extet frater vtrique coniunctus, Petr. Surd. *vbi suprà, num. 24.* de quo Fusar. *de subst. quæstione 531. numero 100.* Papon. *consil. 24. lib. 1.*

Ampliatur primò in dote, vt *infrà numero 62. & 63.* Ampliatur secundò in sorore naturali, vt *infrà num. 64.*

Num. 62. & 63.

SVperiùs *numero 60. & 61.* de alimentis sororibus vterinis præstandis actum est, nunc verò in dote idem concludit auct. quæ ad alimenta tantùm necessaria est, potissimum, cùm validum sit argumentum de dote ad alimenta, & econuerso, vt *suprà num. 7.* & hæc obligatio dotandi incumbit, siue soror sit vtrique coniuncta, siue ex latere patris, vel matris tantùm, Ioan. Gutier. *tract. de tutel. parte 2. cap. 3. num. 34.* P. Molin. *tract. de iust. & iure, disputatione 224. versiculo causæ.* Scobar. *de ratiocin. cap. 22. à numero 53.* Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 16. numero 23. & 33.* Vincent. de Franch. *decis. 26. n. 6.*

Obseruandum est primò, hoc procedere, quatenus frater est hæres, P. Barbos. *in l. 1. parte 4. numer. 127. ff. solut. matrim.* Anton. Fab. *lib. 5. Codicis, titulo 6. de dotis promissione, decisione 1.* Fontan. *tract. de pact. nupt. claus. 3. gloss. 3. ex numer. 17. vol. 2.* D. Ioann. del Castill. *suprà.*

Secundò obseruandum est, vt hoc fiat iuxta modum alimentorum, vt est auctoris elementalis conlusio, & recensent P. Ribell. *lib. 5. de obligat. iust. quæstione 4. titulo de contract. dotalibus, num. 11.* Fontan. *vbi suprà num. 28.*

Quorum recepta sententia ampliatur etiam in clerico, qui de fructibus beneficij talem sororem dotare tenetur, Barbos. *vbi suprà numer. 132.* P. Azor. *part. 2. moral. lib. 2. cap. 40. quæst. 5. & 6.* Molfes. ad cons. Neapolit. *parte 5. quæstione 11. numer. 20.* Giurba *decisione 4. numer. 12.* sed hoc iuxta dispositionem sacri Concilij *sessione 25. cap. optandum.* Fontan. de quo proximè *ex num. 70.*

Num. 64.

DE hac re actum est *suprà numer. 42. cum sequentibus.*

Num. 65. & 66.

SOrorem, vel fratrem spurium ex eadem matre alere tenetur. Mier. *1. parte, quæstione 2. numer. 112.* de fratre, Barb. *in l. 1. 4. parte, numer. 82. ff. solut. matrim.* D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu. cap. 104. ex numer. 13.* Lara *in l. si quis à liberis. § rescriptum, numer. 89. ff. de lib. agnosc.* & de auo & aliis ascendentibus, Molin. *suprà numer. 42.* D. Ioann. del Castill. *vbi proximè*, P. Molin. *dict. disputatione 616. num. 13.* licèt naturalibus tantùm hoc tribuat, quorum sentẽtia naturali rationi congruit, & sic tam in iudicando, quàm in consulendo tenenda est, de quo etiam per auct. *infrà num. 68.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 67. & 68.

PRæsens disputatio in praxi frequens est, in qua quidam existimarunt, fratrem maioratus possessorem, teneri prębere alimenta consobrinis filiis fratrum egentium, & econuerso, ex adductis à Petro Surdo *tract. de aliment. titulo* 1. *quæstione* 28. Marius Giurba *decisione* 5. *Siciliæ*, vbi inter nepotem & amitam nemine discrepante votatum, fuisse alimenta præstanda à nepte amitæ. R. Mont. decisione Arag. 16. *num.* 12. vbi decisum.

Alij in contrarium sentiunt, ex traditis à Franch. *decisione* 178. *numero* 3. vbi refert iudicatum, quid si frater alebat fratrem, & mortuus est relicto hærede filio, hic non tenetur alere patruum, Petr. Barbos. *in l.* 1. 4. *parte*, *numer.* 141. & 142 *ff. solut. matrim.* Aluar. Valasc. *consultatione* 1. Ioann Garç. *tract. de expens. cap.* 3. *num.* 35. Hippolyt. Rimin. *consil.* 777. *lib.* 7. Lara *in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit*, *num.* 108. *ff. de lib. agnosc.* Mieres *tract. de maiorat.* 4. *part. quæstione* 28. *numer.* 31. vbi in specie, & in vtroque casu pro possessore maioratus respondit, P. Molin. *tract. de iust. & iure*, *dict. disputatione* 616. *numer.* 8. *in fine*, vbi subdit auctorē cum Costa *hic* præcitato rectè sensisse, Don. Francisc. de Leon *decisione* 27. *numer.* 10. *tom.* 1.

Nos verò, etsi profitemur hunc articulum difficilem esse, hanc vltimam partem probamus, tum quia ipsemet auct. veriorem dicit, & communem: tum etiam, quia iure communi inspecto, alēdi onus inter collaterales vltra primum gradum non porrigitur, & sic in Regia Audientia pro Marchione de Poza contra patruum, audiuimus obtentum fuisse. *idem glat tenemus late Sanch. decis. 47 per tot. et Pacheco, et refert in Sinodo Granat.*

Num. 68 & 69.

VIde auct. *suprà numero* 66. Mier. 2. *parte de maior. quæstione* 1. *numer.* 75. idem 4. *parte*, *quæstione* 28. *numero* 27. P. Barbos. *in dict. l.* 1. 4. *part. numer.* 137. *ff. solut. matrim.*

Num. 70.

HÆc alimenta, quæ titulo egestatis debentur officio iudicis, peti debent; illa verò quæ ratione legitimę debentur iure actionis, sicut & ipsa legitima, petenda sunt, hoc concludit auct. de quo *suprà numer.* 6. & id probant P. Molin. *dict. disputatione* 616. *numer.* 9. Petr. Surd. *de aliment. titulo* 3. *quæstione* 1. Sesse *decisione* 26. *numer.* 15. de quo latè per Giurb. *ad consuet. Mesan. cap.* 7. *gloss.* 13. *part.* 1. *per totum*.

Num. 71. & 72.

PRosequitur P. Molin. *vbi suprà numero* 9.

Num. 73.

P. Molin. *vbi sup. num.* 10.

Num. 74.

HAnc sententiam probant P. Molin. *de quo proximè*, *numer.* 10. Mier. *de maiorat.* 4. *part. quæst.* 28. *à num.* 13.

Ab ea dissentiunt Petr. Surd. *tract. de alim. titul.* 4. *quæstione* 17. Iacob. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 2. *casu* 170. Ioseph. Ludouic. *decisione Perusin.* 46. *num.* 6.

Nos verò auctoris sententiam veriorem dicimus in specie de qua loquitur, ídque ad vitanda iurgia saltim expedit.

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 75.

HÆc causa summariè tractanda est, sícque omnes agnoscunt, P. Molin. *de quo suprà, num.* 11. D. Francisc. Salgad. *tract. de Regia protectione, 3. parte, cap.* 1. *ex num.* 1. Quare sententia pro alimentis lata, non obstante appellatione exequi debet, *l. fin. ff. de apell. recipiend.* vbi notant Doctor. saltim Purpurat. *in l. imperium, num.* 43. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* Gutierr. *lib.* 1. *pract. cap.* 106. Petr. Surd. *tract. de alim. priuil.* 96. Matth de Afflict. *decisione* 182. neque condemnatus ad alimenta præstanda auditur, nisi priùs victori alimenta soluat, idem Salgad. *vbi suprà num.* 2.

Hanc regulam declara, vt locum habeat quoad effectum suspensiuum tantùm, non verò quoad deuolutiuum, D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 27. *numer. fin.* Salgad. *vbi proximè, numer.* 3. Giurba *ad consuetud. Mesan. dict. cap.* 7. *gloss.* 15. *numer.* 12. subdens, quòd à futuris alimentis appellatio suspensiua non datur, à præteritis verò vtramque appellationem admittit, & *num.* 13. quæ dicantur futura.

Quorum retenta sententia, ampliatur primò, non solùm quando alimenta ipsa petuntur, verùm etiam quando eorum pars, veluti vestitus, habitatio, & similia, D. Francisc. Salgad. *vbi suprà num.* 3.

Secundò ampliatur, vt procedat generaliter, scilicet quando proceditur principaliter, vel incidenter. D. Francisc. Salgad. *vbi proximè, numero* 8. & de his alimentis quæ incidenter petuntur, vide auct. *infrà cap.* 16.

Limitatur primò, non habere locum, quando sententia est lata contra eum, qui petit alimenta, quia is potest appellare à sententia negatiua alimentorum, Don. Francisc. Salgad. *vbi suprà num.* 18.

Limitatur secundò, quando alimenta petuntur à diuite, & non à paupere, quia tunc cessat causa, quæ celerem expeditionem desiderat, Zeuall. *quæst.* 897. *num.* 919. *tom.* 4. Salgad. *numer.* 9.

Limitatur tertiò, quando petuntur præteriti temporis, cùm in his alimentis cesset ratio, ne quis fame pereat, Don. Francisc. Salgad. *numer.* 10. Giurb. *ad consuet. Mesan. cap.* 7. *gloss.* 55. *numero* 12.

Limitatur quartò, quando iure actionis petuntur. Florez de Mena *pract. quæst.* 14. *numer.* 11. cum pluribus relatis à Don Francisc. Salg. *de quo suprà num.* 13.

Num. 76.

LIcèt autem sentiat Couarru. iudicem Ecclesiasticum cognoscere de causa alimentorum posse, etiam inter laicos; meritò tamen auctor id negat, quem refert & sequitur P. Molin. *dict. disputatione* 616. *num.* 11. in qua re semper obseruandum duximus, quòd si causa incidens est, iudex Ecclesiasticus cognoscere, & non aliàs potest, ex adductis à P. Thom. Sanchez *de matrim. tract. de nupt. lib.* 10. *disputatione* 8. *à numer.* 15. *tom.* 3. vbi cum auctore hoc probat Bobadill. *lib.* 2. *politic. cap.* 17. *numer.* 101. qui loquitur in dote, & tenet quòd ratione incidentiæ, & non aliàs, iudex Ecclesiasticus cognoscere potest; disputat latè, & alias quæstiones adducit, Fontan. *tract. de pact. nupt. part.* 1. *clausula* 7. *consil.* 55.

Quid si pendente lite coram iudice Ecclesiastico pars petat alimenta coram seculari, vide Petr. Surd. *de aliment. priuileg.* 10. *à numer.* 5. vbi asserit, quòd causa alimentorum non dependet à causa principali matrimonij, sed est diuersa, & ideo iudex laicus eo casu cognoscere poterit, Mier. 3. *part. de maioratu quæstione* 15. *à num.* 115. & refert decisum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ciſum Afflict. *deciſione* 152. *per totam.*

Num. 77.

HIs adde P. Molin. *vbi ſuprà numer.* 12. Seſſe *deciſione* 26. *ex numer.* 105. Cardinal. Tuſc. *tom.* 1. *lit. A, concluſione* 28. *numer.* 7. & 8. Giurba *deciſione* 5. *num.* 36. & 37. & *ad conſuet. c.* 7. *gloſſ.* 13. *numero* 20.

Num. 78.

VIde Petr. Surd. *de aliment. titul. fin. quæſt.* 15. & *l. libertus qui operarum. ff. de oper. libert.* & auctoris ſententia procedit, etiamſi expreſsè iuri petendi alimenta renuntiaſſet, Barboſ. *in l.* 1. *parte* 4. *numer.* 73. P. Surd. *tract. de aliment. titulo* 8. *priuilegio* 57. *numer.* 19. Cardinal. Tuſc. *tom.* 1. *litt. A. concluſione* 308. *numer.* 2. Zeuall. *comm. quæſtione* 388. *numer.* 28. Peregrin. *de fideic. artic.* 36. *num.* 146. Giurb. *deciſ.* 5. *numer.* 35. *vbi num.* 37.

CAPVT XVI.

Num. 1.

ADde P. Molin. *dict. diſputatione* 616. *numer.* 13. P. Thom. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſput.* 26. *num.* 1.

Num. 2. & 3.

P. Thom. Sanchez *vbi ſuprà numer.* 2. & repetit auct. *infr. num.* 15.

Num. 4. & 5.

PLuribus adductis, id tenent Fontan. *tract. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 2. *num.* 28. Petr. Surd. *tract. de aliment. quæſt.* 1. *num.* 5.

Num. 6. *vſque ad* 14.

PRoſequitur P. Thom. Sanchez *dict. diſputatione* 26. *numer.* 4. de quo Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæſtione* 1. *numer.* 2. & 3. Matienz *in l.* 2. *titulo* 1. *gloſſ.* 4. *numer.* 2. *lib.* 5. *recopilat.* & *ibi* Azeued. *numer.* 6. P. Azor *moral. lib.* 5. *cap.* 20. *verſiculo præterea,* & *verſiculo leges ciuiles,* & *cap.* 25. *verſiculo decimotertiò quæritur,* Fontan. *tract. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 2. *num.* 13. vbi *numer.* 1. *vſque ad fin.* Plura in materia recenſet Franc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 2. *differentia* 7. *ex numer.* 38.

Num. 8.

HIs adde Matienz. *in dict. gloſſ.* 4. *numero* 3. & 4 Gutierr. *dict. quæſtione* 1. *num.* 5. Sanchez *dict. diſputatione* 25. *numer.* 2. Franciſc. Molin. *vbi ſuprà ex num.* 52.

Num. 9 *vſque ad* 10.

PLures alios refert Gutierr. *dict. quæſtione* 1. & id probat Franciſc. Molin. *vbi ſuprà, ex num.* 62. & extendit ad filium iuxta legem Tauri *hic* præcitatam, & *numer.* 16. loquitur de ſtatuto irrogante famulis pœnam, nubentibus cum filiabus & conſanguineis dominorum.

Num. 16. *vſque ad* 21.

LIcèt auctoris ſententia in puncto iuris vera ſit, tamen in praxi contrarium obſeruant Matienz *lib.* 5. *titulo* 1 *gloſſ.* 7. *num.* 5. Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæſtione* 4. *numer.* 7. P. Thom Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſputatione* 2. *à numer.* 5. Anguian. *tract. de legibus lib.* 3. *controuerſ.* 8. *à numer.* 15. vbi diſputat.

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 21.

VIde *infrà loco hic præcitato*, vbi ostensum erit.

Num. 22. *vsque ad* 29.

DVbium est, vtrùm si illi, quibus in hac disputatione dictum est, quòd alimenta, vel dotes debentur, semel integrè persoluta sint, eaque amittant, ac deueniant ad egestatem, sint iterum alia illis necessaria tradenda, in qua disputatione auctor *hic num.* 22. distinguit, quòd aut dos, siue alimenta præstanda sunt ab eis, à quibus legitima debetur, aut ab aliis, qui legitimam non debebant. In priori casu, si culpa filiorum, eo quòd luxuriosè ac parum fobriè vixerunt, amissa sint, non tenentur parentes alias dotes, neque alia alimenta tradere; & in dote idem resoluunt P Molin. *dict. disputatione* 616. *numer.* 14. Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 192. *n.* 11. *& de arbitraris casu* 182. *numer.* 57. M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicomm. articulo* 42. *numer.* 11. Petr. *eodem tract. quæstione* 8. *numer.* 457. Petr. Surd. *de alment. titulo* 7. *quæstione* 7. *folio nobis* 231. Giurba omnino videndus *decisione* 6. *per totum*, Osasc. *decisione* 124. *num.* 8. & in legitima idem propè omnes relati sentiunt, & alij, quos refert Cancer *lib.* 1. *variarum cap.* 2. *numer.* 27. Peregr. *vbi suprà articulo* 36. *numer.* 146. Giurba *ad consuetudin. Mesan. cap.* 2. P. Molin. *vbi suprà*. Vincent. Fusar. *de subst. quæstione* 536. *numer.* 7. Sed quamuis eadem ratio in assignatione alimentorũ, quæm in constitutione dotis, militare videatur, ex adductis *suprà cap.* 15. *num.* 7. tamen in præsenti diuersa censenda est, vt subiungit auctor *numer.* 24. eo quòd magis sint debita alimenta, quàm dos, cùm illa à iure naturali proueniant, hæc verò à iure gentium sit constituta, prout iudicatum dicit Osasc. *dict. decisione* 124. *num.* 13. & refert Giurb. *vbi suprà numero* 40. ideoque cum auctore & aliorum sentẽtis asseuerandum est, filio qui dolo, ac animi leuitate alimenta perdidit, per viam eleemosynæ succurrendum esse. Et, inspecie eamdem sententiam tenet P. Surd. *dict. quæstione* 7. *numer.* 10. *versiculo in hac ego controuersia*; Mier. *tract. de maiorat. quæstione* 28. *numer.* 23. Giurb. *de decisione* 51. *num.* 14.

In secundo autem casu, scilicet, quando sine culpa filiorum dotes & alimenta amissa fuerunt, communiter obseruant interpretes, parentes ad iterum dotandum, & alendum esse adstringendos, ex Peregrin. *dict. articulo* 42. *numer.* 28. Petr. Barbos. *in dict. l.* 1. *parte* 4. *numer.* 137. Menoch. *de arbitr. cas.* 182. *numer.* 57. & in legitima Giurba *dict. decisione* 5. *numer.* 39. P. Molin. *vbi suprà*, Barbos. *num.* 141. Giurba *num.* 39. *& decisione* 6. *per totam*. Mier. 4. *parte de maiorat. quæstione* 28. *ex num.* 23.

Si verò dos, seu alimenta data essent ab eo, qui non est debitor legitimæ, magis controuersum est, vt per auct. *numero* 26. qui demum concludit, *in versiculo sed contrariam opinionem*, quòd frater tenetur sororem iterum dotare, quæ, casu, & non culpa, vel dolo dotem amisit, in qua opinione non satis firmus est, siquidem statim videtur illam corrigere in illis verbis, ibi, *idque quando agitur*, & ibi, *secus autẽ dicendũ erit*. de quo P. Mol. *vbi suprà*, Petr. Surd. *de alim. dict. tit.* 7. *quæstione* 15. *n.* 11. P. Barbos. 4. *parte*, *l.* 1. *numero* 142. *ff. solut. matrim.* Coler. *tract. de aliment. lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 28. & in omni euentu consultius est, quod tradit auctor *infrà num.* 28. à quo idem transcripsit P. Molin. *dict. numero* 14.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 29. vsque ad 38.

INterim dum lis pendet, & causa integrè diffinita non est, cogendus est reus tribuere actori competentia alimenta, quibus se sustentet, & litem prosequatur, & in patre id concludit auctor *hîc ex numero* 30. vbi *numero* 31. ampliat in filio emancipato, & *num.* 32. in filiis legitimatis, & *numero* 33. in eo qui in vtero est, & *numer.* 34. in nepotibus, & *num.* 35. in fratribus, ídque efficiendum, quando alimenta petens, vnam sententiam in sui fauorem haberet, iuxta interpretationem textus *in l. si instituta. §. de in officioso. ff. de inoffic. test.* prout subiungit auctor *hîc num.* 30. & aliis relatis obseruat D. Francisc. Salgad. *tract. de regia protectione, tom. 2. parte 3. cap. 1. num.* 14. & 15. Nos verò contrarium censemus, & ideo, quamuis sententia deficiat, alimenta ac sumptus litis debentur, dummodo alimentarius copulatiuè præsumptionem boni iuris probet, & paupertatem, prout cum auctore *numer.* 35. 36. & 37. omnes interpretes moderniores agnoscunt, P. Molin. *vbi suprà, num.* 15. Rota per Farin. *decisione* 907. nouiter nouissim. Ricc. *collect.* 3117. Petr. Surd. *tract. de aliment. titulo* 1. *quæstione* 112. *numer.* 27. D. Ioann. del Castill. *tom.* 3. *controu. cap.* 27. *numer.* 13. & 58. & 63. & 68. à quo nemo dissentit, ex Fontan. *tract. de pact. nupt. clausul.* 6. *gloss.* 2. *parte* 4. *numer.* 26. Rota per Ludouis. *decisione* 189. vbi addit. & iterum *decisione* 524. Paz *tract. de Tenut. cap.* 46. vbi his concurrentibus alimenta deberi in iudicio tenutæ affirmat Mier. 4. *parte de maiorat. quæst.* 37. *num.* 31. dicens in hoc puncto non posse dari certam regulam, quia dependet à iusta causa, quam habet is, qui litigat, & tandem concludit, quòd si quis litigat super bonis maioratus, & habet vnam sententiam pro se, & aliam sententiam contrariam, difficile ei alimenta deberi, & præsumptio boni iuris debet esse vrgens, non leuis, D. Ioann. del Castill. *vbi suprà.* Fontan. *num.* 27. *vsque ad num.* 30. vbi in eadem causa nec sufficeret in diuersa, ex Ricc. *dict. collectan.* 3117. vbi signanter, quid de naturalibus, si contentio est, vtrùm sint filij nécne, vide Stephan. Gratian. *lib.* 3. *discept. cap.* 567. *ex num.* 23. Petr. Barbos. *in l.* 1. *parte* 1. *numer.* 58. & 59. *ff. solut. matrimon.* & de filio, qui renuntiauit paternæ hæreditati, Ioann. Zeuall. *consil.* 713. idem Gratian. *cap.* 236. & *lib.* 1. *discept. cap.* 33. *ex numer.* 27. D. Ioann. del Castill. *dict. lib.* 3. *cap.* 27. *num.*... & de materia textus *in dict. §. de inofficioso*, vide Aluar. Valasc. *consultatione* 1. Odofred. *in l.* 2. *C. de alend. liber.* Isernia *in æra. const. Neapolit. litt. F. verbo frater primogenitus.* Siluanus omnino legendus *consil.* 33. *numer.* 12. *vsque ad fin. lib.* 1. Ioann. Garç. *tract. de expensis* 3. *part. num.* 35 Hippolyt. Rimin. *consil.* 777. *lib.* 7. Giurb. *decisione* 107. Mont. *decisione* 11. Iacob. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæstione* 35. Alex. Trentazinq. *lib.* 1. *variarum, titul. de aliment. resolut.* 1. vbi plures adducit quæstiones.

His addendum censemus, quòd alimenta, de quibus mentio est *in dict. §. de inofficioso*, non debentur aduersario litiganti, extra casus prædictos; nemo enim si contendit cum paupere aduersario, ad id tenetur. *l. Imperatores, ff. de tutel.* per quem textum id notant Couar. *pract. cap.* 6. *num.* 6. *in principio.* Aluar. Valasc. *consultatione* 1. *numer.* 6. subdens non meminisse postquam in forensibus controuersiis vltra annos triginta versatus fuisset, quòd contrarium esset iudicatum; & *numer.* 5. id ampliat tam in criminalibus, quàm in ciuilibus causis, de quo Petr. Surd. *tract. de alim. titul.* 1. *quæstione* 110. *ex numer.* 1. D. Ioann. del Castill. *d. lib.* 3. *cap.* 27. *ex numero* 52. Rota Roman. per Farinac. *decisione* 260.

2. *parte*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

2. *parte, in nouiss.* Anton. Fab. *lib.* 5. *Codic. titul.* 8. *de rei vxor. actione, definitione* 26. *in fine.* Anton. Monach. *decisione* 5. *numero* 1. Fontan. latiùs *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *clausul.* 5. *gloss.* 8. *part.* 12. *ex numer.* 42. vbi *num.* 44. etsi in prima instantia contrarium fuit obtentum, tandem in secunda & tertia, partem succubuisse affirmat, & pro hac sententia decisum fuisse testatur, à qua tam in iudicando, quàm in consulendo non recedas; vidimus etiam sic obseruari.

Quid de bonis sequestratis lite pendente, vide Mier. *de maiorat.* 3. *parte, quæst.* 7. *ex num.* 37.

Num. 38.

IN hanc sententiam omnes propendunt, vide Papon. *arrest.* 3. *titul.* 1. *lib.* 18. Milanens. *decisione* 16. *numer.* 15. *&* 18. Stephan. Gratian. *lib.* 2. *discept. forens. cap.* 236. *numer.* 25. *cum sequentibus.* Ioann. Bapt. Costa *de rem. subsid. remedio* 100. *num.* 8. & sic fuisse obtentum Cathaloniæ, testatur Fontan. *tract. de pact. nupt. clausul.* 6. *gloss.* 2. *parte* 3. *num.* 77. *&* 78.

Quod ampliatur in quocumque iudicio, siue possessorio, siue petitorio. Stephan. Gratian. *de quo proximè.*

Num. 39.

IBi, *summariam informationem.* Rectè summariè, non plenè, quia incidenter de filiatione tractatur, & ideo si fuerit compertum ex fama, aut ex vnico teste, omni exceptione maiori, vt *infrà n.* 40. vel etiam ex iuramento alimenta petentis, vnà cum aliis coniecturis, quæ cum iuramento actoris tantam fidem faciunt, quantum vnus testis omni exceptione maior, cogere debet iudex reum prębere illi alimenta, vt probant P. Molin. *dict. disputatione* 616. *num.* 15. *versiculo quando autem*; de qua re optimè per Sesse *decisione Arag.* 13. *ex num.* 8. Maresc. plures Rotæ decisiones referens *lib.* 1. *variarum, cap.* 83. *numer.* 16. *lib.* 2. D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 27. *numer.* 21. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 236. *num.* 43. *& lib.* 3. *cap.* 567. *numero* 25. vbi subdit, vidisse certum iudicem hæc alimenta decernere, ex lectura attestationum, quæ nondum erant publicatæ. Prosequitur P. Ioann. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloss.* 2. *part.* 4. *ex numer.* 1. *&* 52. *&* 53.

Hoc limitatur, quando legitima petitur, cuius causa, non vt summaria, sed vt ordinaria tractanda est, idem *clauſ.* 3. *gloss.* 1. *part.* 2. *num.* 114.

Ibi, *vsque quò per definitiuam.* Nota quòd hæc alimenta, quæ lite pendente ministrantur, durant quantum causa ipsa principalis, id est, vsque quò per diffinitiuam fuerit pronuntiatum, quod est indubitatum, ex auct. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæstione* 35. *numero* 34. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 236. *numer.* 38. *lib.* 2. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 27. *num.* 27. Fontan. *dict. clausul.* 6. *gloss.* 2. *part.* 3. *numer.* 72.

Num. 40.

DIximus *numero præcedenti*, & his adde Menoch. *dict. quæstione* 35. *num.* 31. *&* 32. *lib.* 1. D. Ioann. del Castill. *vbi suprà num.* 21. Fontan. *dict. gloss.* 2. *parte* 4. *numer* 51. *&* 52.

Num. 41.

IN hanc sententiam optimè propendunt Molfes. *ad consuet. Neapolit. parte* 3. *quæstione* 3. *numer.* 17. Alex. Trentazinq. *lib.* 1. *variarum, titulo de aliment. resolutione* 1. *numero* 43. Fontan. *tom.* 1. *clausul.* 4. *gloss.* 18. *parte* 4. *numer.* 79. Afflict. *decisione* 152. *numero* 4. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 27. *numero* 71. vbi ampliat ad quascumque personas, quibus ob paupertatem solent alimenta ministrari,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nistrari, Ricc. *in addit.* ad Franch. *decisione* 614. idem *collect.* 3117. *tom.* 7. Mar. Giurb. *ad consuetud. Mesan. cap.* 7. *gloss.* 13. *parte* 1. *num.* 40. quæ ratio maximè conducit ad impediendam cautionem, vel satisdationem in casu succumbentiæ, de quo *infrà num.* 43.

Versiculo, Ab aliis; Contrarium defendit D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 27. *num.* 71, de quo *infrà.*

Num. 42. 43. & 44.

His adde Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæstione* 125. Franchis *decisione* 336. *numer.* 5. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 236. *ex num.* 32. Pasc. *de viribus patr. potest. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 64.

Sed Don Ioann. del Castill. *dict. numer.* 71. ab hac sententia recedit, subdens quòd cùm in causa succumbētiæ filius non tenetur præstita alimenta restituere, frustranea erit hæc cautio.

Ego sanè dicerem, eum qui est in possessione alimenta percipiendi, non teneri prædictam cautionem pręstare, reliquos verò eam existimo præstare teneri, saltim iuratoriam, quòd ea restituerint, quando commodè potuerint, si succubuerint, etiamsi sint in quasi possessione tituli, vnde ea debentur, atque in primis, si dolosè illa petiuerunt, & acceperunt, scientes sibi non deberi, tunc dubitandum non est, in conscientia & in exteriori foro teneri illa restituere, tanquam iniustè, formaliter & materialiter accepta, & comprobatur ex *l.* 1. *&* 2. *ff. si mul. vent. nom.* At verò si illa acceperunt, & petiuerunt bona fide, arbitrantes sibi deberi, maximè post ortam controuersiam, tunc censemus, quòd ea quando commodè potuerint, tenentur restituere; neque enim iustitia patitur, vt quis illa omnino indebita aliter præstare cogatur, quàm sub tali conditione, præstita priùs de restituendo iuratoria cautione; sic concludit P. Molin. *dict. disputatione* 616. *numer.* 15. *versiculo virum*, vbi ad textum *in l.* 1. §. *interest. ff. si mul. vent. nomine.* & ad textum *in l. vltim. C. de ordin. cognit.* exactè respondit, de qua re plura recenset P. Ioann. Fontan. *tract. de pact. nupt.* 4. *parte gloss.* 18. *claus.* 15. *num.* 79. *&* 80. & pro doctrina Bart. de qua *hic numer.* 44. vide Giurba *decis.* 4. *per totam.*

Num. 45.

IDem probant D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 27. *numer.* 70. Petr. Surd. *de aliment. titulo* 1. *quæstione* 113. *per totam.* Steph. Gratian. *dict. cap.* 236. *num.* 41. Fontan. *de pact. nupt. parte* 4. *claus.* 6. *glossa* 2. *n.* 30. vbi *numer.* 34. se vidisse refert in Regio Archiuo quandam decisionem in terminis.

Et auctoris sententia ampliatur, primò etiam in minore. Botta *consil.* 64. *num.* 13.

Secundò ampliatur, etiam si vxor lite pendente alimenta petiuit, vt per Gallum *hic* præcitatum, qui in hac specie loquitur. Ratio omnium prædictorum est, quia actio contra renuntiantem stat in cognitione causæ, qua durante, manet in suo sensu contractus, & deficit ille boni iuris fumus, qui in horum alimentorum præstatione iura desiderant, vt *suprà numer.* 37. sic nouissimè explicat Mart. *tract. de successione legal. tom.* 2. 4. *parte, quæstione* 18. *artic.* 7. *numer.* 23. Quare ex prædictis ab auctoris sententia recedi non oportet.

Num. 46.

HOc est de mente omnium scribentium, vt post auctorē recensent Petr. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæst.* 112. *num.* 30. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 236. *num.* 31. *&* 32. Maresc. *lib.* 2. *variarum, cap.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cap. 83. *numer.* 19. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *clausul.* 6. *glossa* 2. *parte* 4. *numer.* 23. *&* 24. de quibus actum est *suprà numero* 37. & an in filiis sit necessaria probatio inopiæ, vide D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 27. *numer.* 4. Fontan. *vbi proximè, n.* 25. vbi de quātitate huius inopiæ, quod iudicis arbitrio relinquendum ex auctore, atque aliis grauissimis censet.

Num. 47.

His adde idem tenentes, Menoch. *consil.* 35. *num.* 35. *lib.* 1. Portol. ad Molin. *verbo alimenta*, *numer.* 24. Stephan. Gratian. *cap.* 55. *num.* 53. Alex. Trintazinq. *lib.* 1. *variarum, titulo de aliment. resolutione* 1. *numero* 46. D. Ioann. del Castill. *de quo proximè, numero* 25. Marescot. *lib.* 2. *variarum, cap.* 83. *numero* 12. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *clausul.* 6 *gloss.* 2. *part.* 3. *num.* 64. *&* 65. Videndus etiam *numer.* 68. vbi plura scitu digna, pro instructione iudicum circa prædicta, obseruat P. Molin. *vbi suprà, num. fin.*

CAPVT XVII.

IBi, *vbi agitur de facultate Regia, vers. si voluerit,* & ibi, *& non dicēdo quòd masculus.* Nota quòd si masculus in institutione maioratus præfertur fœminæ, eo ipso fœmina admissa censetur, quod intellige in defectū masculorum, quia natura prælationis non est excludere in perpetuum, sed suspendere donec masculi extarent; quare ex natura comparatiuorum successiuè lis est, Socin. *consil.* 19. *numero* 5. *&* 20. *lib.* 1. & referunt, Collegium Ticinense pro Tribultiis *à numer.* 63. Aluar. *tract. de coniect. ment. defuncti, lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 36. pro qua solidissima conclusione vide *l. filius.* §. *pater cum filia. ff. de legat.* 2. *l.* 1. §. *si mater. ff. ad Tertul. l.* 2. *ff. qui pot. in pig. hab.* Reliqua verò ad præsens caput spectantia prosequemur inferiùs, vbi loculenter tractari debent.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Num. 1.

CAstillo *tom.* 5. *cap.* 67. *numer.* 28. *in fin. verſiculo, Ego verò.* Proſequitur P. Molin. *tract.* 2. *diſputatione* 624. *ex num.* 1. quibus ſubiunge quòd tam in puncto iuris, quàm in Hiſpanorum primogeniis maior natus & primogenitus idem ſunt, ex auct. *ſuprà lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. *& 4. & infrà cap.* 8. *numer.* 20. vbi fuit oſtenſum.

Num. 2.

ETiam cenſetur maior natus in re propoſita, qui mortua matre, ventre ſciſſo, in lucem editus eſt viuus, prout ex Gregorio *hîc* præcitato adnotauit P Molin. *vbi ſuprà*, ſubdens quòd talis fuit Cæſar, ex quo nomen aſſumpſit, & fuit dux Albanus, ſtrenuiſſimus belli dux, qui multis rebus præclarè geſtis, ſubiugata Regi Philippo Luſitania ſenio confectus in Oliſſiponen. vrbe vitam finiuit.

Num. 3.

HOc conſuetudine eſt receptum, tametſi res quondam fuerit controuerſa, ex Molin. *dict. diſput.* 624. *n.* 2.

Num. 4. *& 5.*

ADde *infrà* 17. P. Molin. *vbi proximè.*

Num. 6.

SVperiùs *num.* 2. oſtenſum eſt, quòd primogenitus cenſetur is, qui primò natus eſt; nunc verò declaratur, ſubiungens auct. id procedere, nedum in filio primogenito, qui à principio legitimus natus fuit, verùm etiam in eo, qui cùm à principio naturalis eſſet, ex poſtfacto ex matrimonio ſubſequente fuit legitimus effectus, de quo per Mier 1. *parte de maiorat. quæſtione* 51. *ex numer.* 239. P. Molin. licèt remiſſiuè, *vbi ſuprà, numer.* 2. *in fine*, Lupus *de illegitimitate, comment.* 4. §. 3. *numer.* 21. *&* 22. cuius rei ratio deducitur ex *cap. tanta, qui filij ſint legit.* vbi legitimatus per ſubſequens matrimonium verè filius legitimus eſt, etiam ad excluſionem ſubſtituti.

Reuera hic articulus difficilis eſt, ob multas rationes, pro vtraque parte deductas.

Prima verò Doctorum opinio eſt, quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium, ſubſtitutum excludit, Anton. de Butr. *in cap. innotuit. num.* 18. vbi ſcribentes, *de elect.* Hippolyt. de Marſil. *ſingul.* 542. *numer.* 2. Sfort. *de compendioſ. ſubſti-*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

substitutione, 6. parte, articulo vltimo, pagina penultima, versiculo ego teneo. Simon de Præt. *de interpretatione vltim. volum. lib. 3. dub. 3. solutione 2. numer. 6.* Cald. Perer. *de nominatione emphyt. quæstione 21. numer. 34.* Craff. *§. fideicommissum, quæstione 38. num. 5.* Boerius *decisione 159. numero 5.* Osasc. *decisione 154. ex numer. 11.* Mart. *voto 94. ex num. 4.* Laderch. Immola *consil. 24. n. 29.* Lanzelot. Galiauli *consil. 122. num. 1.* Aim. *consil. 995. numer. 81. vol. 6.* Iacob. Menoch. *consil. 799. numer. 43.* qui in omnibus & per omnia habent priuilegia & prærogatiuas natorum ex iustis nuptiis, & sic admittũtur ad successionem maioratus, ex auct. *in præsenti*, & toto hoc capite, ad feuda, & ad emphyteusim, Fusar. *de substit. quæstione 409. num. 31.* vbi pluribus sequentibus disputat ex *numer. 9. & quæstione 386. ex num. 3.*

Secunda opinio est omnino contraria, eiúsque sectatores, Burg. de Paz *consilio 6. numer. 13.* Gutierr. *in §. sui, num. 192. de hæred. qualit. & different.* Alciat. *consilio 86. lib. 9. numer. 2.* vbi refert decisum, Mantic. *tract. de coniectur. lib. 11. tiul. 12. numer. 20.* Thesaur. *decisione 196.* Petr. Surd. *decisione 319. num. 5.* Ioann. Philipp. *consil. 44. numer. 36. volum. 2.* P. Anton. Peregrin. *tract. de fideicommiss. articulo 24. num. 46.* cum adductis à Fusar. *vbi suprà ex numer. 35.* vbi copiosè de hac re texit disputationem, & pro hac sententia in Regia Cancellaria fuit votatum, super quadam magna lite de los Fonsecas, & in Regio consilio super Comitatu de Parades, & aliàs in iudicio tenutæ pro Don Ioanne de Inistrosa, contra Don. Francisc Duarte.

In hoc conflictu opinionum, quidam tenendum putant, quòd aut grauatur filius testatoris, & procedat prima opinio: aut grauatur extraneus, & secunda locum habeat, & aliis adductis in hoc conuenit Fusar. *vbi suprà, ex num. 35. vsque ad 39.*

Nos verò in vtroque casu priorem sententiam veriorem & communiorem diximus, argumento textus *in dict. cap. tanta*, quæ inter alias rationes ad id asseuerandum vrgentior est, & ex adductis toto hoc capite ab auctore, saltim *n. 10.* qui in fortioribus terminis loquitur ac decidit. Fatemur etenim, prædicta locum habere, nisi apertè contrarium ex dispositione, aut institutione maioratus appareat, quo casu id sequi debere compertum est, ex auctore *suprà lib. 1. cap. 4. numer. 19.* & fortiùs in feudis sententia nostra locum habebit, eo quòd feudum est beneficium à Principe concessum, aduersùs quem interpretatio fieri debet, vt per Menoch. *consilio 776. ex numer. 1. cum seqq. volum. 8* de qua re vide Fusar. *vbi suprà*, qui per plures quæstiones materiam copiosè pertractat.

Num. 7.

His adde Vincent. Fusar. *dict. quæst. 409. ex num. 33.* vbi pro & contra, & hanc partem obseruant, pluribus relatis, Ioann. Bapt. Cost. *de retrotract. cap. 48. casu 32. ex num. 6.* Ioannes Lupus *tract. de illigitim. vbi suprà numer. 22. versiculo declaratur secundò.* Petr. Surd. *consil. 369. numer. 23. lib. 5.* Zeuall. *quæstione 606. per totam.*

Num. 8.

Hvius quæstionis resolutio ex superioribus pendet, de quibus *numero 2.*

Num. 9.

Prosequitur Gutierr. *in §. sui, numer. 198. de hæred. qualitate & different.*

Num. 10.

In hac quæstione varię sunt Doctor. sententiæ. Prima est quòd substitutus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tus excluditur, ex adductis à Ioseph. de Rustic. *in l. cum auus, ff. de condit. & demonstrat. lib. 2. cap. 16. numer. 126. & 181.* Andr. Alciat. *consil. 52. num. 5. lib. 9.* Sfort. *tract. de compend. substitutione, articulo vltimo, pagina pen. versiculo ego teneo.* Franciscus Lucas *super statuto de lucro dot. versiculo post mortem, numer. 36. pagina 94.* Nicol. Garc. *tract. de benefic. tom. 2. parte 2. cap. 3. numer. 43.* Mont. Alegr. *in praxi lib. 2. cap. 1. §. 3. numer. 5.* Marzar. *tract. de fideicomm. parte 2. quæstione 30.* Simon de Præt. *tract. de interpretatione vltim. volunt. lib. 3. dub. 3. solutione 6.* Ascan. Clemens *tract. de patr. potestate, cap. 3. numero 57.* Nicol. de Vrbald. *de success. ab intestato, prima parte, num. 65.* Manuel Suarez *commun. opin. verbo legitimatus,* Andr. Fachin. *lib. 7. controuers. cap. 51.* Iacob. Canzer *lib. 2. variarum, cap. 11. de sponsalibus, numer. 61.* Lup. *de illegitimitate, commento 4. §. 3. numero 10.* Mart. *voto 94. numer. 4.* Menoch. *consil. 227. numero 13. & consil. 225. lib. 3. & consil. 779. numer. 48. lib. 8.* D. Ioann. del Castill. *tom. 6. controu. cap. 105. ex numer. 35.* Zeuall. *commun. quæstione 606. per totam,* Vincent. Fusar. *de substitut. quæstione 409. numero 47.* vbi si conditio ita concepta est, *sine filiis ex legitimo matrimonio procreatis; & num. 48.* vbi, *de natis & procreatis, & numer. 50.* vbi, si dictum sit, *si sine liberis ex legitimo matrimonio conceptis.*

Secunda verò opinio est ex diametro contraria, eámque probant M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicommiss. articulo 24. numer. 6.* vbi decisum; & iterum *cons. 1.* in causa pro Comitatu de Fuentes *n. 29.* vbi subdit ita bis, aut ter in senatu Mediolani votatum fuisse, & etiam Paduæ, quam sententiam communem dicit, & pluribus comprobat, Thesaur *decisione 196.* vbi Addit. refert ita senatum sensisse, D. Ioann. del Castill. *lib. 2. controu. cap. 11. numero 42.* & hoc fortiùs, si adest dictio *non aliter*, ex Thesauro *vbi suprà*, in qua specie vocati erant filij *ex legitimo matrimonio nati & procreati.* Petr. Surd. *decisione 319.* vbi plures alios refert, & decisum testatur.

Reuerà nisi tanti viri auctoritas, atque iudicium me impelleret, huic vltimæ opinioni libenter accederem. Primò ex auctoritate rerũ iudicatarum, secundò, quia auct. id nititur suadere, ex dispositione textus *in cap. innotuit, & cap. cum in curiis, de electione*, quæ iura loquuntur in ordinatione legis, quæ legitimatum per subsequens matrimonium ad honorem & dignitatem admittit, eúmque pro legitimo habet, quoad omnes iuris effectus; non verò in dispositione hominis, de qua re in præsenti contentio est, lex enim potest fingere vt filius naturalis legitimus efficiatur, sed non potest efficere, vt illegitimus verè ac propriè legitimus sit, ita concludit Andr. Fachin. *lib. 4. controu. cap. 54. ex numer. 1.* & verba in dispositione legali ciuiliter intelligenda sunt, in dispositione verò hominis naturaliter, *l. fin. Cod. de his qui veniam ætat. impetr.* Et mitius agitur cum lege, quàm cum homine, Anton. Fab. *decad. 35. error. 6.* idque innuit *l. 12. Tauri*, dum disiũctiuè subdit, *o de legitimo matrimonio nacido, e legitimado per subsigiente matrimonio.* Tertiò, quia auctores præcitati Molina à vel id non probant, vel alibi contrarium dixerunt. Nam Gregorius *in l. 1. titulo 13. parte 4. verbo, seca conso ella, col. 2.* contrariam opinionem tenet, & Couarr. loquitur, vbi tantùm vocãtur filij *ex legitimo matrimonio nati, non verò simul & procreati*, & Tiraquel. solùm inquit, quòd legitimati per matrimonium, habent querelam donationis, ideóque auctoris sententia viribus non subsistit, ab ea tamen recedere non audemus, multorum iudicio sola propendet.

Eaque limitari potest, si testator, vel maioratus institutor vocauit filios naturales & legitimos, natos & procreatos

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

creatos ex legitimo matrimonio veros, & non fictos, vt per Fusar. *dict. quæst.* 409. *numero* 55.

Num. 11.

PRosequitur M. Anton. Peregrinus *tract. de fideicommiss. artic.* 23. *num.* 73. quem post auct. refert Vincent. Fusar. *de substit. dict. quæst.* 904. *& numer.* 65.

Num. 12. *vsque ad* 16.

PRobabilior hæc sententia est, licèt alij in contrarium sentiant, Fulu. Pacian. *tract. de probat. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 30. *&* 49. P. Molin. *tract. de iust. & iure, disputatione* 165. *p.* 1. P. Thom Sanch. *tract. de matr. disp.* 43. *numero* 4. Zeuall. *quæstione* 697. *per totam.* Don Ioann. del Castill. *dict. lib.* 2. *controu. cap.* 11. *numero* 4. vbi ab hac sententia testatur, neminem dissentire, Iacob. Menoch. *consil.* 622. *num.* 8. *lib.* 7. Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap.* 71. *ex numer.* 2. *& cap.* 72. *per totum.* Vincent. Fusar. *dict. quæstione* 409. *ex numero* 65. vbi contrarias opiniones refert, & *numer.* 67. concordat, & iterum *num.* 100. quorum sententia communis est, & tenenda in iudicando, & consulendo, & in specie optimè Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap.* 71. *numer.* 3. Rota per Ludouis. *decisione* 461. vbi addit. Paz *tract. de tenut. cap.* 40. *num.* 17.

Limitatur dispositio textus *in dict. cap. ex tenore*, quando matrimonium fuit clandestinum, & ideo nullum, omissis denuntiationibus, vt per Zeuall. *dict. quæstione* 697. *& quæstione* 51. *numer.* 3. quem refert Fusar. *quæst.* 410. *numer.* 10. *ex numer.* 1. Ioann. Gutierr. *vbi supra numer.* 8. licèt contrarium teneat Auend. *in l.* 11. *Tauri, numer.* 3.

Cæterùm hæc limitatio declaratur primò, non procedere quando interuenit iusta causa contrahendi absque denuntiationibus, Gutierr. *vbi supr. n.* 10.

Declaratur secundò, nisi extaret diuturnitas temporis, ex quâ præsumitur matrimonium legitimè, ac præcedentibus denuntiationibus contractum. Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 71. *de matrim. numer.* 11. Iacob. Menoch. *vbi suprà num.* 14. *&* 16. qui loquitur in lapsu 14. ann. de qua re vide gloss. *in l. si neget. ff. de lib. agnosc.*

Cæterùm, in materia textus *in dict. cap. ex tenore*, non semel quæsitum est, an pater succedat filio, de qua re vide Tell. Fern. *in l.* 6. *Tauri, num.* 13. vbi contra patrem concludit; sed pro contraria ac securiore sententia Zeuall. *vbi suprà numero* 16. idque ex dispositione textus *in dict. l. Tauri*, comprobatur, vbi successio indistinctè reciproca est.

Num. 16.

OStensum est *suprà* locis *hîc* præcitatis.

Num. 17. *&* 18.

PRosequitur Peres de Lara *tract. de vit. homin. cap.* 12. *ex numer.* 18. vbi plura adducit, in specie de hac prælatione momenti, P. Molin. *dict. disputat.* 624. *numer.* 2.

Num. 19. *vsque ad finem.*

HIs adde P. Molin. *dict. disputatione* 624. *numer.* 2. *versiculo quamuis*, qui aduersùs auctorem *hîc numer.* 22. concludit, hoc casu Regem forte esse eligendum; sed pro auctor. vide nouissimè Peres de Lara *dict. tractat. de vit. homin. capit.* 12. *ex numero* 30. 31. 32. *&* 40.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CAPVT II.

Num. 1. *vsque ad* 10.

SVPERIVS actũ est de legitimatis per subsequẽs matrimonium, nunc verò de filiis per rescriptum Principis legitimatis tractatio est, ex auct. *num.* 1. qui *num.* 2. *&* 3. obseruat, quòd legitimatus per rescriptum Principis non facit deficere conditionem, si grauatus sine liberis decesserit. Et in feudis, probant Rosenth. *tract. de feud. cap.* 7. *conditione* 19. *num.* 5. *in additione litt. P.* Fusar. Trentazinq. *lib.* 1. *variarum, resolutione* 2. *numer.* 3. dicit communem Alciatus *resp.* 34. *numero* 3. *lib.* 1. & in successione maioratus Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 79. *numer.* 46. Petr. *de fideicommiss. quæst.* 11. *sub numer.* 239. Peregrin. *de fideicommiss. articulo* 23. *numero* 69. Garçia *de nobilitate glossa* 21. *numer.* 20. P. Molin. *dict. disputatione* 624. *numero* 3. *in fine*, quæ opinio retinenda erit in consulendo, & iudicando, vti verior & magis recepta; quidquid voluerit dissentiendo Vincent. Fusar. *de subst. quæstione* 408. vbi ex *numer.* 1. contrarias opiniones refert, & *num.* 17. concludit, & nostra sententia longè in Hispanorum primogeniis probabilior est, quamuis iusta causa interueniente. Princeps potest in vita parentis filium legitimare, ex Fusar. *vbi suprà*, saltim *num.* 38. *&* 39 & ex auct. *hic num.* 4. 8. *&* 9. qui subiungit, filium sic legitimatum non posse amplius consequi ex bonis parentis, quàm vnus ex legitimis, qui omnium minimam partem obtinuerint, & an hoc per necesse filio legitimato, vt legitima portio relinqui debeat, vide Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 496. *numer.* 37. D. Ioann. del Castill. *lib.* 4. *controu. cap.* 22. *numer.* 158. Addit. ad decis. Rotæ Ludouis. *decisione* 135.

Num. 10.

ADde Fusar. *quæstione* 409. *numer.* 113. Sed facta mentione prolis, cum auctore tenet idem Fusar. *numer.* 115. *&* 116.

Num. 11.

PRo hac opinione vide Peregrin. *tract. de fideicommiss. articulo* 24. *numer.* 84. *&* *consil.* 1. *num.* 13. *lib.* 3. P. Molin. *tract. de iust. & iure, dict. disputatione* 624. *ex n.* 5. P. Thom. Sanchez *tom.* 3. *de matrim. lib.* 8. *titulo de dispensat. disputatione* 7. *numer.* 1. Cardin. Tusc. *tom.* 5. *pract. lit. L. conclusione* 220. *numer.* 18. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 105. *numer.* 18. Vincent. Fusar. *de subst. quæstione* 409. *numer.* 113. idque repetit auctor in allegatione pro Rege nostro Philippo, super successione Regnorum Portugaliæ *n.* 31.

Num. 12.

IN hac quæstione, vtrùm Papa dispensare possit in radice matrimonij, quoad temporalia, & etiam in prę-iudicium tertij, contrariæ sunt opiniones Doctorum.

Prima opinio est negatiua, eámque conantur defendere P. Molin. *dict. disputatione* 624. *numero* 5. *versiculo ego verò.* Zeruant. *in l.* 12. *Tauri numer.* 102. Ioann. Garz. *tract. de nobilitate gloss.* 1. *num.* 27. *in medio*, & alij, quos refert P. Thom. Sanchez *tom.* 3. *lib.* 8. *disputatione* 2. *numer.* 3. Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap.* 84. *ex numer.* 8.

Secunda verò opinio est affirmatiua, eámque post auctorem, probant, Nicol. Garz. *tract. de benefic. tom.* 2. *parte* 7. *cap.* 2. *numer.* 41. P. Thom Sanchez *dict. disputatione* 7. *numer.* 4. Anton. Petr. *tract. de potest. Princip. cap.* 24. *numer.* 188. Cardin.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

din. Tusc. *tom. 2. pract. lit. D. conclusione 477. numer. 10.* Rota per Farinac. *decisione 455. parte 1. in nouissim.* idem *decisione 687. parte 2.* vbi alias Rotæ decisiones refert pro hac sententia, etiam in præiudicium substituti. D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu. cap. 105. ex num. 33.* vbi disputat, & tandem in hanc partem propendet, Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. dict. cap. 84.* Addit. ad Ludouis. *decisione 19.*

Nos verò, etsi fatemur hunc articulum difficilem esse, tandem in praxi hanc vltimam sententiam probamus. Agnoscunt sanè omnes pro contraria parte adducti, quòd si Papa dispensaret super matrimonio prohibito iure canonum, legitimando matrimonium & prolem, tunc filij erunt legitimati: si ergo Papa, quoad spiritualia, & quoad validitatem matrimonij, potest plenissimè dispensare, ac efficere vt filij hi tanquam ex legitimo matrimonio nati censeantur, cur non quoad temporalia, hoc prohibuerit; veluti monstrum namque futurum esset, quòd quis pro parte esset legitimus, & pro parte illegitimus, vt animaduertit auctor *suprà cap. 1. numer. 14.*

Quibus addendum est, quòd hæc dispensatio comprehendit tantùm prolem susceptam in figura matrimonij, non autem natam & conceptam ante matrimonium, vt per Ludouis. *decisione 19.* vbi Addit. refert decisum, nisi iam contractum esset matrimonium, & Papa licentiam dedisset perseuerandi in matrimonio iam contracto, quia prodest quo ad prolem iam susceptam legitimandam, ex Fusar. *vbi suprà num. 117.* & in quo casu plenissimè Papa dicatur dispensare, quibúsque verbis ac clausulis vti debeat, vide Rota per Ludouis. *decisione 461. numer. 8.*

Num. 13.

Reliquum ex se notissima est hoc casu, filium, vel filiam huius incapacis admitti, vel secundogenitum, si hi deficiant, P. Molin. *vbi suprà num. 4.*

Num. 14. vsque ad 21.

In hac quæstione, vtrùm is, qui incapax erat ob delictum, restituatur à Principe, aut si aliqua alia ratione cesset illius incapacitas, succedat in maiatutu, distinguendũ est cum auctore, cuius sententiam refert, & sequitur P. Molin. *dict. disputatione 624. numer. 5. & 6.* vbi loculenter, de qua re vide D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu. capit. 91. numer. 19.* & iuxta restitutionem à Principe factam ex mera gratia, vel ex mera iustitia, vide Alciat. *in l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 3. ex numer. 1.* Fontan. *tract. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 12. ex numer. 92.* Felician. *de consil. lib. 1. cap. 3. numer. 2.* Fachin. *lib. 1. controu. cap. 38.* Paz *in praxi 4 part. 1. tit. cap. 3. numer. 48.* Giurb. *decisione 89 ex num. 4.*

Num. 21. vsque ad 27.

Obseruat auctor *hîc numer. 22. & 23.* quòd si primogenitus renunciaret successionem in fauorem secundogeniti, tunc ea renuntiatio, siue cessio ipsi præiudicaret, & succederet secundogenitus, modò possessor ipse maioratus cum perseuerantia consentiat, ex *l. fin. C. de pact. hîc* præcitata, sic aliàs pactio iurata inter filios vt in bonis parentis iure maioratus succedatur, valet, intercedente cum perseuerantia ipsius parentis consensu, vt post auctorem ostensum est *suprà lib. 2. cap. 3. numer. 3.* & in specie id tenet P. Molina *dict. disputatione 624.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*num.*7.Mier. 3.*parte*, *de maiorat. quæstione* 18.*per totam*,in noua editione,& in materia alia adducit Fusar. *de substit. quæstione* 524.*ex num.* 1. idque etiam intelligendum est, dummodo sine præiudicio substituti melioris conditionis ac gradus fiat, ex auct. *numer.* 24. Mier. & P. Molin. de quibus *suprà*. Sesse *de decisione. Aragon.* 286. *per totam*, *volum.*3. vbi *numer.*6. refert obtentum in Curia iustitiæ Aragon. pro Don Fernando de Mendoza, Vincent. Fusar. *de substit. quæstione* 524.*num.*15. & 16. Iacob. Menoch. *consil.* 211. *ex numer.* 15. *volum.* 3. Ioann. Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæstione* 71. *numer.* 13. *& lib.* 3. *quæstione* 79. *numer.* 8. Auendan. *in l.* 45. *Tauri*, *gloss.* 2. *num.*4. Florez de Mena *in addit. ad Gam. decisione* 92. Melchior Febo *decisione* 2.*ex num.* 11. præcipuè 14. quorum sententiam tanquam verissimam probamus.

Dubium verò est, vtrùm primogenitus qui renũciauit primogenituram in fauorem secundogeniti, si secundogenitus decedat, poterit re ipsa primogenitus reassumere ius primogenituræ, de qua re vide Mier. *vbi suprà numero* 12.

Num. 25.

PRosequitur P. Molin. *vbi suprà*, *in fine numeri*,& latiùs actum est *lib.*2. *cap.*3.*num.*18.

*Num.*26. & 27.

DE hac re vide Vincent. Fusar. *de substit.quæstione* 424.*per totam.*

Num. 28.

HIs adde Mier. *tract. de maiorat.* 2. *parte*, *quæstione* 4. *illatione* 8. *numer.* 25. Cardinal. Mantic. *lib.*8.*de coniect.titul.* 10.*numer.*8. Zephal. *consil.* 658.*numer.*35. *lib.* 5. Francisc. Rip. *in rubr.* C. *de secund. nupt.num.*7.*& numero* 12. idem *resp.*1.*titul. de subst.numer.*15. *&* 17. Zanch. *consil.pro Trebull.num.*23. Thesaur. *quæst.forens.cap.* 34.*numer.*6. &non relato Ripa,qui hanc sententiam originaliter tenuit, Roland. *consil.*58. *numero* 80. *volum.*3. Natta *consil.*676.*numer.*41.*volum.* 4. Tiber. Decian. *consil.*7. *volum.* 1. Andr. Alciat. *resp.* 101.*numero* 16. *in fine lib.* 9. & secundùm aliam editionem *resp.*590. filium agnatis, Menoch. *consil.* 97.*num.*90.*volum.*1. D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *controuers. cap.* 160. *ex numero* 3. & in pluribus Hispanorum primogeniis vidimus filios secundogenitos ad exclusionem primogeniti vocatos esse, hoc ita, quia aptiores sunt ad conseruandam memoriam fundatoris, cùm primogenitus ex consuetudine Hispaniæ antiqua, nomen & insignia propriæ familiæ ferre debeat, ex auct. *suprà lib.*2. *cap.*14.*num.*1.*&* 3.

Num. 29.

PRosequitur P.Molin. *vbi suprà*, *n.*9. Castillo *vbi suprà*, *n.*4. *& de materia* text. *in dict.l.*7.*tit.*7. *lib.* 5. *recopilat.* diximus *suprà lib.*1.*cap.*8.*numer...*

*Num.*30.

EAndem sententiam probant P. Molin.*de quo proximè*. D.Ioann. del Castill.*tom.*5.*controu.cap.*178.*per totum*,*&* 160.*numer.*7.

Cæterùm addendum est, quòd secuta electione ampliùs variari non potest, *l.serui electione.ff.de legat.* 1.*l. apud Ausidium.ff.de optione legat.* P.Rebuf.*consil.* 21.*l.*4.*§.eleganter ff. de lege commissor.* vbi eligens vnum ex contrariis,alteri renuntiasse censetur.*l.fin.C.de codicill.l.*4.*C. deposit. l. quamuis. C. de vsur. l. commissoriæ C.de pact.int.empt.l.sed & si pupillus.§.institutoris.ff.de inst.actione.* Aim.Crauet.*consil.* 74.*numero* 7.*&* 8. Hieron. Gonzal. *ad regul.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

regul.8.Cancell.de alternatiua mens. gloss.54. num.24.& gloss.67. numer 61. & eo ipso quo filius vnum maioratum elegit,ab altero se excluſit, iuxta iuris regulas, non temporaliter, sed in perpetuum. nam regulariter excluſio semel facta, durat perpetuò.*l.planè.§.1.ff.de legat.1.l. legatum,in fine.l.& transferatur, ff. de aliment.legat.* Hieron.Grat.*resp.6.numer.20. volum.1.* Ioan.Zephal.*consil.161.numero 1. & consil.221,numer.* 5. Burg.de Paz *consil. 29,num.*50. Palac.Rub. *in repetitione rub.* §.69.*numer.*36.Ioann.Gutierr.*lib.3.pract. quæstione 79.num.7.* Andr. Gamb. *tract.de potest. legat. lib.3.n.*181. quòd intelligitur in materia perpetua maioratus, durante causa excluſionis, ex auct. *lib.1.cap. 6.numer.22.& lib.3.cap.5.num.71.* ita etiam in materia beneficiali facta semel renuntiatione amplius non datur regreſſus ad renuntiantem ex *cap.ex transmiſſa,* vbi gloss. & Abb. *de renuntiatione.* Flamin. Pariſ.*de resignatione benefic. lib.1. quæstione 4.numer.5.& quæstione 13.à num.* 1.Mier.*tract.de maiorat. 3.parte, quæst.one* 17.*num.*12. gloss. *verbo vacauerit, in cap.ſi propter, de reſcriptis, & in cap. ex parte, in princip.de offic. delegat.& in cap. cupientes,verbo vacationis,de electione in 6.& in cap.quia ſæpe,verb.vacat,de præbēd.in 6.& in cap.2.verborenũtiat.de renuntiatione.* Tiraquel.*de iure primogenit.quæstione 3.num.* 5.*& quæstione 26.eodem num.*1. pro quo facit *l.ſi maritus.§.ſi negauerit.ff. ad l. Iul. de adulter.* & eo modo filius excluſus cenſetur, tanquam ſi per mortem vacatio contigerit, Theſ. *quæſt. forenſ. quæſt.* 34. *numer.* 24. Mier.*parte* 3. *cap.* 2. *numer.* 22. Velazq. de Auend. *in l.*45. *Tauri,gloss.2.numer.* 4. & cum ſtatim ius ſecundò genito quæſitum ſit, variatio in eius præiudicium non admittitur, ſicut vidimus, quod ex conſuetudine optandi optio fieri non poteſt de beneficiis reſeruatis,*c.vltimo,de conſuetudine lib.*6. Rota *deciſione* 1. *num.* 4. *de rerum permutatione, in nou.* Caſſad. *deciſione* 4. *numer.* 2. *de conceſſione præbend.* Mandoſ. *regul.* 4. *de reſeruatione,numer.*1. Æneas de Falconis *tract.de reſeruatione* 4.*part. princip. effect.* 5. *per totum.* Petr. Gregor. *de Eccleſiaſt.beneſic.cap.*39.*num.*4. Mohedan *deciſione* 27. *de præbend. numer.* 1. Hieron. Gonzal.*in regul.8.Cancell. gloss.* 34.*num.*2. *&* 3.Azeued.*conſil.7.numer.*2.

Vlteriùs circa materiam & deciſionem *dict. l. Regiæ 7. titul. 7.lib.5.recopilat.* alia occurrit quæſtio apud pragmaticos in hiſce maioratuum controuerſiis, non ſemel agitata: ſcilicet, vtrùm primogenitus, ad quem duorum maioratuum ſpectabat ſucceſſio, ſi priùs vnum obtinuit, ſiue ex parte patris, ſiue ex parte matris ab altero vacaturo illico excluſus cenſeatur.

Et pro parte affirmatiua ſolet adduci textus *in Clement.gratiæ, de reſcript.* vbi expectans beneficium,perdit gratiã, ſi conſequitur aliud, quod cum illo quod expectabat,de iure tenere nõ poterat,idem notant gloss. *verbo gratiæ,& verbo recuſare.* Nauarr. *in cap.ſi quando,de reſcript.& in cap. accepta. de reſt. ſpoliat. opinione* 8. *numer.* 6.Valenz. Velazq. qui plura in comprobationem adducit *conſil.*83. ſaltim ex *numer.*63.*cum ſeqq.* vbi in maioratu, & in commenda Indiarum ſic tenet, & pluribus aliis relatis D. Ioann. del Caſtill. *tom.* 5. *cap.* 178. *num.*15.*verſiculo item etiam.*

Cæterùm negatiua opinio longè probabilior eſt,ac in praxi tenendum, primogenitum, qui in vno maioratu cum altero incompatibili priùs ſucceſſit,ab altero nondum delato, minimè excluſum cenſeri, imò tempore ipſius delationis accedente vnum eligere ac retinere poſſe, ſiue ex parte patris,ſiue ex parte matris ſucceſſio contingat,*cap.ad hæc,cap.referente,cap.præterea, de præb.* idque expreſsè ex *dict. l.7.* compertum habemus,quæ liberam in hoc caſu primogenito facultatem eligendi conceſſit, electio ſanè (vt notiſ-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

simum est) fieri quomodo potest, si concursus verè, practicè, ac realiter non datur, quod tam ex verbis *dict. l.* quàm ex auctore *hic* perpendi potest, ibi, *si quando concurrunt duo maioratus*, & ibi, *primogenitus unum ex eisdem eligere potest*, & *num.* 29. *nisi maioratus concurrat cum alio*, & ibi, *tunc namque electo altero*, quæ verba actualem, non verò tantùm potentialem concursum denotant, etenim esset absurdum, vt primogenitus velut electione priuaretur à successione nondum sibi delata, eo quòd fortè in prioti maioratu successit, quum incertum esset, & ex casu penderet, an in altero vacaturo esset successurus; poterat enim contingere, quòd priùs decederet, *l. hæres meus*, §. *hæres meus. ff. de condit. & demonstrat.* idque etiam quodam simili comprobatur in eo, qui cùm beneficium pacificè possideret, quoad aliud etiam incompatibile, si esset litigiosum, non est impeditus, quousque pacificè secundum obtineat, semper enim est his casibus incerta retentio, neque habetur ratio incompatibilitatis quoad omnes iuris effectus, nisi adempta priùs pacifica possessione. *cap. commissa, de electione, lt. 6. cap. si quis cùm translatus*, 21. *quæstione* 2. Cardinal. *in dict. clementina gratiæ*, *quæst.* 12. & ex multis comprobant Ojeda *de incompatibilitate* 1. *parte, cap.* 4. *numer.* 15. *& cap.* 13. *num.* 49. *in fine.* Nicol. Garç. *de benef. parte* 11. *cap.* 5. *numer.* 107. & fuit decisum in Rota, prout refert Addit. ad Ludouis. *decisione* 451. *num.* 10. in aliis causis; idem refert decisum Seraphin. *decisione* 774. *num.* 2.

Neque obstat *dict. clementina gratiæ*, quia loquitur in casu specialissimo, videlicet in dignitate Ecclesiastica, & beneficio iurato, ideóque ad alios casus trahi non debet, imò hi remanent in dispositione iuris, de qua *in cap. de multa, & in clementina si plures, de præbend.* quibus decisum est, quòd per acceptationem secundi beneficij insurgit priuatio primi, non contra, gloss. *ibi*, & Archidiac. Franc. *in cap.* 10. *numer.* 3. *de eo quod met. cauſ. lib.* 6. Rot. sacri Palati *decisione* 483. *num.* 8. *parte* 11. Paul. Æmil. Verall. *decisione* 293. 2. *parte.* Gutierr. *consilio* 10. *numer.* 5. Zeuall. *tom.* 3. *quæstione* 828. *numer.* 264. qui in maioratibus sic tenet; Paz *tract. de tenut. cap.* 34. *numer.* 25. *& 26. usque ad* 39. asseuerantes, iuxta dict. *cap. de multa*, quòd per assecutionem secundi maioratus, vacat primus, & sic fateri videntur quòd acceptatio primi non exclusit omnino primogenitum à successione secundi maioratus, sibi competitura, & nondum sibi delata; quæ sententia in praxi, & in iure sic debet obseruari.

Num. 31. 32. *& 33.*

HÆc auctoris opinio verior, & communior est, de qua re vide Farinac. *tract. de homicidio, quæstione* 120. *ex numer.* 1. *& numer.* 14. *cum pluribus seqq.* Fusar. *de substitut. quæstione* 317. *numer.* 18. quo casu ad proximiorem successio defertur; proximior itaque erit filius, vel descendens occisoris, non verò cognatus, vel alius consanguineus transuersalis, ex adductis *supra lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 58. *& in fine. cap.* 10. *numer. penult.* Castill. *d. cap.* 161. *ex numero* 4. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. *lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 8. & cum Peregrino refert Brixiæ decisum, & confirmatur ex regula vulgari quòd dolus suus nemini debet suffragari, *l. neque ex dolo. l.* 1. §. 1. *ff. de dol. exceptione. l. itaque fullo, ff. de furtis. l. fin. C. de rebus credit. l.* 3. *ff. de dolo.* Idque ampliatur ad filium vltimi possessoris, qui cura ægrotum non curauit, vt *in fin. numer.* 33. & P. Molin. Theolog. *vbi sup. num.* 11. *in fine.*

Hoc limitari potest, nisi occisus pepercerit delictum, antequam moriatur, ac voluerit, vt nihilominus succederet in maioratu. P. Molina

dict.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dict. disputatione 624. numer. 10.

Num. 34.

OStensum erit *in fine cap.* 4. vbi loculenter inuenies Castill. *tom.* 5. *cap.* 160. *numer.* 9.

CAPVT III.

Num. 1. *vsque ad* 10.

PRACTICÆ resolutiones auctoris in hac materia præ oculis habentur, & assiduè ab omnibus obseruantur, vt recenset D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 106. *numer.* 30. de qua re texit longam disputationem Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 408. *ex numer.* 9.

Num. 3. *vsque ad* 10.

PRo hac parte communis DD. opinio est, quòd in Hispanorum primogeniis filius legitimatus non succedit, & præter auct. id tenent Mier. *de maiorat.* 2. *parte, quæstione* 2. *ex numer.* 1. *versiculo & ideo hæc conclusio.* P. Molin. *tom.* 1. *disputatione* 174. Zeuall. *tom.* 1. *commun. quæstione* 2. *ex num.* 50. *vsque ad num.* 60. Gratian. *regul.* 197. *numer.* 5. Melchior Feb. *decisione Lusit.* 87. *numer.* 11. & 13. Angel. Mateaz. *tract. de legat. & fideicommiss. lib.* 3. *cap.* 21. *ex num.* 2. Ioann. Garç. *tract. de nobilitate. gloss.* 21. *ex numer.* 20. D. Ioan. del Castill. *dict. cap.* 106. *per totum*, & attenta primogeniorum natura, sicut naturales à successione maioratus excluduntur, vt inferiùs resoluit auctor *numer.* 45. ita etiam & legitimati, de qua re vide Iacob. Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 79. *numero.* 4. idem *consil.* 173. *numer.* 77. *lib.* 2. Petr. Surd. *consil.* 471. *numer.* 14. *lib.* 4. Alex. Raudens. *lib.* 1. *de Analog. cap.* 30. *ex numer.* 90. & quòd sic legitimatus non excludat proximiores legitimos consanguineos, probant Mont Alegre *in praxi lib.* 2. *cap.* 1. §. 4. Stephan. Gratian. *tom.* 4. *discept. forens. cap.* 673. Mart. *tract. de successione legali part.* 1. *quæstione* 18. *articulo* 1. Robles. *tract. de repræsentatione lib.* 1. *cap.* 9. *per totum.* Auend. *in l.* 40. *Tauri, gloss.* 11. *ex n.* 6. *vsque ad* 38. Vincent. Fusar. *vbi suprà n.* 17. vbi refert decisum.

Hæc receptior sententia ampliatur primò, etiam si filij simpliciter vocentur. Mier *vbi suprà.*

Ampliatur secundò, etiam in emphyteusi Ecclesiastica. Pereyra *de nominatione emphyt. quæst.* 21. *num.* 47.

Ampliatur tertiò, etiamsi Princeps expressè dixisset, quòd volebat substitutum excludi, Fusar. *vbi suprà numero* 76. licèt causa publica intercedente, & citatis quibus interest, & præstito bono cambio Principem hoc facere posse, obseruat auct. *infrà num.* 13. 20. & 21. & *suprà capit.* 2. *numer.* 8. & 9.

Ampliatur quartò, vt nec filij verè legitimi & naturales ipsius legitimati admittendi sint, ex Fusar. *vbi suprà numero* 78.

Ampliatur quintò, etiam quando in alia parte testamenti facta esset mentio de filiis ex legitimo matrimonio natis, & in conditione positi sint simpliciter filij, Fusar. *vbi proximè, numero* 80.

Limitatur primò, vt per auct. *infrà num.* 13. 20. & 21.

Limitatur secundò in primo institutore maioratus, qui legitimationem impetrauit, ex adductis à Febo *dict. decis.* 97. *ex num.* 10.

Limitatur tertiò, quando agitur de bonis, in quibus libera dispositio ad patrem spectat, ex auctor. *infrà numer.* 10.

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 10.

Filiorum legitimatio vt teneat, Principis rescripto necesse est, vt vocatis & citatis substitutis fiat, ex adductis ab auctore *in præsenti, & infrà numero* 23. & *cap.* 2. *numer.* 8. & 9. & in allegatione pro successione Regni Portug. *numero* 28. & hanc sententiam probant D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 186. *numer.* 13. quo deficiente, non valere rescriptum asseuerat Menoch. *consilio* 181. *numero* 10. *lib.* 2. rectè equidem, etiamsi specialis mentio substituti non præcedat, sed generalis tantùm, Menoch. *consil.* 81. *numero* 10. *lib.* 2. veluti si dictum fuerit Principi, quòd bona titulo maioratus possidebantur, ex quo infertur, necessariò præcessisse omnes substitutiones & vocationes ad eius perpetuitatem ac durationem, validas & necessarias, ex adductis *suprà lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 13. *cum sequentibus*, de de qua re Fusar. *dict. quæstione* 408. *numer.* 148.

Num. 11. 12. & 13.

Idem repetit auct. *infrà numer.* 14. quibus deficientibus Princeps id facere non potest, etiam vbi de absoluta eius potestate contenditur, & clausulis, *ex certa scientia, motu proprio intercedentibus*, Menoch. *de arbitr. quæstione* 48. *numero* 7. Anton. Gabr. *lib.* 3. *commun. tit. de iure quæsito, conclusione* 1. & facit *l.* 2. & 3. *titulo* 14. *lib.* 4. *recopilat.* hoc ita verum, non solùm in iure quæsito, vt *suprà cap.* 2. *numer.* 19. *in fine*, verùm etiam in quærendo, & in specie Mier. *in initio operis* 2. *parte ex num.* 47. Purpurat. dicens communem, *cons.* 490. *n.* 23. & *consil.* 500. *per totum*, Cald. Pereu. *de in integr. rest. verbo in integrum restitutio. num.* 31. & sic concludit auctor, cuius opinio indistinctè vera & communis est.

Num. 14. *vsque ad* 20.

Prosequitur D. Ioann. del Castill. *vbi suprà numer.* 17. *cum seqq.*

Num. 20. & 21.

His adde ipsum auct. *infrà lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 1. vbi *numer.* 2. quærit quæ dicatur causa publica. Mier. *de maiorat. in initio* 2. *parte numer.* 46. Matienz. *in l.* 7. *titulo* 7. *gloss.* 5. *lib.* 5. *recopilat. numer.* 4. & *gloss.* 7. *numer.* 8. *versiculo iterum si fœminæ*, Arias Pinel. *in rub. C. de rer. venditione* 1. *parte cap.* 2. *num.* 19. P. Thom. Sanchez *tract. de matrim. disputatione* 33. *numer.* 3. Peregrin. *tract. de fideicommiss. articulo* 52. *numero* 123. D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controv. cap.* 18. *ex num.* 1. Neque his aduersantur tradita per auct. *infrà lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 5. qui dicit ad hoc sufficere causam publicam, siue legitimam, ibi enim loquitur, quando Princeps ad pignoranda, siue alienanda bona maioratus facultatem concedit: secus autem vbi vocationibus maioratus, & iuri substitutorum derogare intendit, vt in præsenti; quo casu ex omnium interpretum sententia, causa publica desideratur, nec sufficeret legitima, & tunc bonum cambium præstare debet, *l.* 2. *titulo* 1. *parte* 2. *l.* 31. *titulo* 28. *parte* 3. Roland. *consil.* 69. *numer.* 23. Crauet. *consil.* 296. Anton. Gabr. *lib.* 3. *commun. titulo de iure quæsit. conclusione* 2. *numer.* 25. M. Anton. Peregr. *tract. de fideicommiss. artic.* 52. *num.* 128.

Num. 22. & 23.

Sententiam D. Francisci Sarmienti, de qua *hic numero* 22. in ratione sui veram esse fatemur, neque ad concessionem gratiæ Principis extraiudicialiter concessæ, vlla citatio requiritur, prout, alios referens tenet Rota per Farinac.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

rinac. *decis.* 210. *num.* 3. *part.* 1. *in nouiss.* Ant. Gabr. *lib.* 6. *commun. tit. de clausul. column.* 1. *num.* 13. & ideò in impetratione priuilegij non requiritur citatio, vt probant plures, quos refert idem Gab. *lib.* 2. *commun. tit. de citatione, conclus.* 1. *num.* 424. *& sequentibus*, vbi dicit magis communem, idem tenet Pet. Surd. *consil.* 1. *num.* 9. *lib.* 1. & cum pluribus Gratian. *lib.* 3. *disceptatione* 458. *num.* 28. & in legitimatione idem Gratian. *disceptatione* 635. *numer.* 3. &, relato Sarmiento, Vincent. Fusar. *de subst. d. quæst.* 408. *num.* 134. & in puncto iuris, & in materia fideicommissaria opinionem Sarmienti veriorem dicit Angel. Matheaz *de legat. & fideic. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 12. & ratio prædictorum, prout subdit auct. ea est, quia citatio ad actus iudiciales adaptatur, non autem ad gratias, quas Principes facere solent, cùm non sit tribunal gratiæ eius qualitatis, vt in eo lites decidantur, in quo omnis gratia secundùm petentis relationem expeditur, nec de ea probationes fiunt, vt refert idem Sarmient. *lib.* 7. *select. cap.* 9. *numer.* 3. quam sententiam plurimi alij tenent, quos modò recensere, plus laboriosum, quàm vtilitatis erit.

Cæterùm vtcunque in puncto iuris opinio Sarmienti procedat, meritò in Hispanorum primogeniis ab auctore taxatur; & Molina *hìc* magis adductus est, vt ita tenerèt ex stilo supremorum Senatorum, qui regiæ Cameræ & literis gratiæ expediendis assistunt, quàm ex potestate Principis, quæ, existente iusta causa, ac publicæ vtilitatis adeò suprema est, vt restringi non debeat ad eum modum, quo Consiliariorum stilus, & potestas se habet, & ita licèt eorundem Consiliariorum auctoritas, & potestas maxima sit, non tanta sanè, quanta Principis. Quocirca cùm omni ex parte iustifiĕct Consiliarij metipsi quæ gerunt, non aliter dispensare super petitis, aut iuribus tertij præiudicare intendunt, quàm si actus qui geritur, iustificatio maxima, causæ cognitio, atque citatio præcedant, quod in Principe non ita strictè exigitur; sed verè & realiter interuenire iustam causam, eámque esse sibi notam sufficit, ídque eleganter animaduertit Petr. Gilchen *in l. Gallus.* §. *& quid si tantum. ff. de liber. & posthum.* quem repetit sub *lib.* 6. *Codicis, numer.* 251. *fol. nobis* 725. statuens differentiam inter Principem & Consiliarios, licèt potestatem & iurisdictionem habentes ab eo, vt scilicet neque causæ cognitio, neque citatio requiratur, quando Princeps ex causa publica aliquid statuit, quæ proculdubio in aliis Consiliariis desideratur; quam differĕtiam inter Principem & regios Cameræ Consiliarios animaduertit auctor *sup. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 59. & in specie idem tenet D. Ioan. del Castil. *lib.* 3. *controu. cap.* 28. *numer.* 13. saltim *in vers. existimamus. & vers. cæterùm, per totum. & tom.* 5. *capit.* 89. *num.* 218. Vincent. Fusar. *vbi sup. num.* 133. vbi cum auctore & pluribus aliis, hanc opinionem communem dicit, & sequitur *numer.* 136. & omnium nouissimè Perez de Lara *tract. de vita hom. cap.* 8. *num.* 6. vbi subiungit quòd hæc citatio fieri debet his, quibus proximior spes successionis contingit, ex auctore *lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 5. *& sup. num.* 11. *& lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 31. & debet esse personalis, cùm agatur de magno præiudicio. *l. cum qui*, vbi cõmuniter Doctores, *C. de procurat. cap. fin. de eo qui mittit. in possess. gl.* 1. *in cap. causam quæ, de donat.* & contrarium Scac. *de iudiciis, lib.* 2. *cap.* 8. *à numero* 164. *versic. primus casus, vsque ad* 171. Mynsinger. *cent.* 1. *obseruatione* 9. Curia Philipp. 1. *part.* §. 12. *de la Staçion. numer.* 10. Valasc. *consultatione* 144. *num.* 10. Ioseph. Ludouic. *decis.* 86. *num.* 1. *& decis.* 127. *n.* 8. Canzer *variarum parte* 2. *cap.* 14. *num.* 117. Giurba *decis.* 25. Franchis *decisione* 462 *numer.* 2. *&* 3. Gratian. *disceptat. cap.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

145.*numer.*1. *tom.*1. Rota 1. *parte diuersorum,decis.*117.nec sufficit ad dominium. Carrozius *de remediis aduersus sententiam,except.*125.*numer.*47. Gratian.*disceptat.*145.*num.*9.& 530.*numer.*76. & 708. *num.*9.& 715. *numer.*15. de quo per Gutier.*de iurament.confirm.*1.*part.cap.*23.*num.* 5. & 6.& ita seruatur in praxi.

Dubium erit quod vidimus in praxi,& non semel agitatum, vtrùm,non citatis substitutis, actus omnino corruat, an verò sustineatur, dummodo publica,ac iusta causa interuenisse appareat, & nobis semper (salua meliorum censura) visum fuit actum valere, esto citatio deficiat, idque non obscurè ex auctore perpendi potest in præsenti,& *infrà cap.*8.*numer.*10.& *lib* 4.*cap.* 3.*in principio.* vbi tota validitas actus, in probatione causæ legitimæ residet ac pendet, quæ iudicialiter ex postfacto comprobata,tenet facultas,legitimatio,& similia, etsi ab initio in concessionibus earum, & in clausularum derogatione defuerit partis citatio, neque toto isto primogeniorum tractatu, ni fallor, ab auctore cautum reperitur,quòd defectus citationis,actus nullitatem inducat, sicut defectus causæ,ad quod verba ipsiusmet auctoris impellunt, *in dict. cap.*8. *num.*10. ibi, *ideóque si sine causa legitima concedatur.* & *lib.*4. *cap.*3. *numero* 5.ibi,*si enim aliter facultates huiusmodi concederentur,Regis Consiliarij, qui eisdem facultatibus expediendis consilium præstarent, conscientiæ læsæ discrimen incurrerent*; non enim ait, quòd ex defectu citationis,vel causæ cognitionis, gratia Principis non teneat, sed Primariis Consiliariis Cameræ auctor consulit, ne illorum conscientiæ causa publica ac legitima non præcedente periclitetur.Quare causa postea cognita, & cum legitimo contradictore discussa.gratia sustinebitur, etiam deficiente substitutorum citatione,alioquin magna damna occurrerent, & in multorum creditorum dispendio,qui Regia facultate præcedente, & causa vtilitatis publica, bona maioratus ab his,qui distraxerunt,possidebãt. Quid verò interest, vocatos, aut substitutos citatos esse, cùm interueniente iusta causa, quæ Principem ad ita concedendum constringat,nihil dicere, aut allegare valeat, quod Principis intentionem impedire sit potens,& si causa iusta non adest,quid damni irrogatur, illis non citatis, cùm in effectu gratia Principis in futurum ex defectu publicæ,& legitimę causæ subsistere non possit,in quam sententiam propensior est Caroli de Tapia *decis.*20. *per totam*; quæ sententia mihi probabilior videtur,præsertim cùm in reliquis facultatibus dictæ causæ cognitione & citatione partis nulla fit mentio, sícque in specie consuluit D. Ludouic. de Casanate in quadam allegatione iuris pro Comite de Benauente contra Comitem de Mayorga eius filium pro domo & statu comitatus de Luna *num.* 103.videndus ex *numer.*100.

Num. 24.

His adde P. Molin.*tract.de iustitia & iure,tom.*1.*disput.*173.Peregr.*de fideic. art.* 32. *numer.* 69. Vincent. Fular. *vbi suprà.*

Num. 25. *vsque ad* 30.

Prosequitur Melchior Fabo *decis. Lusitan.*97. *num.* 12. & 27. D. Ioan. del Castill. *dict.cap.*106.*ex num.*25.& in similibus in legitimatione concessa ex certa scientia, & de plenitudine potestatis,quòd valeat absque citatione quorum interest, cum pluribus testantibus de communi, tradit Petr. *tract. de potest. Principis cap.*32.*num.* 10.

Cæterùm auctoris sententia mihi semper vera visa fuit, & ideò nisi publica

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

blica causa subsistente, & citatis substitutis, & bono cambio præstito, de quibus *suprà numer. 20. & 23. & lib. 1. cap. 8. numer. 32.* minimè hoc Principi licet. Rectè itaque Couarr. qui contrariæ sententiæ fuit, ab auctore taxatur ex adductis à Ioan. Garç. *tract. de nobilitate gloss. 21. numero 20.* vbi dicit, quòd nemo est qui repugnet, Menoch. *lib. 4. præsumpt. 79. numer. 46.* M. Ant. Peregr. *tract. de fideic. art. 23. numer. 69.*

Num. 30.

IDem agnoscunt Cardin. Mantic. *lib. 11. de coniect. tit. 10. numer. 33.* M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicomm. art. 23. ex numer. 42.* Menoch. Gail. Hipolyt. Riminald. quos refert D. Ioan. del Castill. *tom. 5. controu. cap. 82. num. 47. & cap. 106. num. 50.* vbi reprobat Garc. *de nobilit. d. gloss. 21. sub numer. 36.* dicentem, omnia præsentis inspectionis obseruasse auctorem, Ioan. Gut. *tract. de matrim. cap. 84. numer. 28.* Vincent. Fusar. *de subst. dict. quæstione 408. numer. 44.* vbi plures refert & sequitur, & *num. 45.* subdit quòd hæc opinio in consulendo & iudicando retinenda erit, & reddit exempla de personis in dignitate constitutis.

Num. 31.

SIc sanè adnotarunt D. Ioann. del Castill. *tom. 5. cap. 82. numer. 46. vers. & hactenus de tertio casu. & iterum cap. 106. ex numer. 33.* Fusar. *dict. quæstione 408. num. 71.* Quorum sententia proculdubio est in praxi tenenda, quia si filij legitimati excluduntur vbi simpliciter filij legitimi sunt vocati, fortiori ratione dicendum erit, quòd vbi legitimi nati, & ex legitimo matrimonio procreati ad successionem maioratus inuitantur, excludi debent, fatemur eos admitti. Primò, quando per subsequens matrimonium legitimantur, ex adductis *suprà* ab auct. *cap. 1. num. 10.* Secundò, quando publica ac iusta causa subest, citatis quibus interest, & facta clausularum derogatione, & præstito bono cambio, de quibus superiùs plenè actum est, & in eadem specie id fatentur relati *suprà.*

Num. 32. & 33.

HIs adde Couarr. *lib. 3. variarum, cap. 6. num. 9. vers. eadem equidem,* idque non solùm ex communi vsu loquendi verum est, sed etiam ex vocis significatione. D. Ioann. del Castill. *vbi suprà, numer. 36.* Fusar. *num. 112.*

Num. 34.

VIde Menoch. *dict. præsumpt. 79. numer. 31.* Cald. Pereir. *de nominatione emphyt. quæst. 21. ex numer. 31.* D. Ioan. del Castil. *vbi suprà, numer. 38. & 39.* Ioan. Garc. *de nobilitate gloss. 21. num. 36.* Mier. *de maiorat. 1. part. quæstione 51. numero 22.* aliàs sequeretur inconueniẽs, scilicet quòd testator vocasset eos, qui famam denigrassent familiæ, ex adductis à Ioseph. de Rust. *in l. cùm auus, l. 3. cap. 1. n. 129. cum seqq.* & latè prosequitur Hect. Æmil. *tract. de iure feud. c. 27. n. 43.* Iacob. Menoch. *consil. 318. num. 18. & 19. vol. 4.* Vincent. Fusar. *de subst. quæst. 406. numer. 39. & quæstione 408. num. 92.* & quoad idipsum dicendum erit respectu filij, ex ratione adducta *in fine huius numer.* tenent Mier. *1. part. quæst. 51. numer. 22.* Albert. Brun. *cons. 15. num. 11.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 79. num. 31.*

Et hoc ampliatur, etiam si fœminæ extraneæ vocatæ sint, quando maioratus in persona extraneæ familiæ instituitur (iuxta ea quæ adducta sunt *lib. 1. cap. 4. num. 43.*) Cuman. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, numer. 8. ff. ad Trebell.* Paul. *ibidem numer. 7. circa finem, versicul. idem videtur.* Ripa *num. 23. in fine, vers. mihi*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

videtur. Cardin. Mantic. *tract. de coniect. lib.* 11. *tit.* 9. *numer.*19. *versic. & hæc coniectura.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 78. *num.* 60. *versicul. extenditur hæc coniectura,* quos refert,& sequitur Ioseph.de Rustic. *in dict.l.cùm auus, lib.*3. *cap.*1. *numer.* 136.Ioan.Bapt.Lup.*de illegitimatione comment.*1. §.4.*numer.* 39. *& numero* 40.*versic.unde coniectura.* Manent.*cons.*135.*num.* 6. *lib.*2. Fusar. *vbi suprà, num.*40.

Num. 35.

PRosequitur D.Ioan. del Castill.*d. cap.*106.*ex numer.* 38. & plura recenset Vincent. Fusar. *de subst.it. dict. quæst.* 408. *numero* 106.

Num. 36.

ADde Menoch. *dict.præsumpt.*79.*numer.*88. Mier. *vbi suprà,*M. Anton. Petr. *tract. de fideicommiss. quæst.* 11. *folio nobis* 147. *col.* 4. *versic.nona est conclusio.* Ioan. Garc. *tract.de nobilit. gloss.* 20. *num.* 5. 48. *&* 85. Matienz. *in l.*7. *tit.* 11. *lib.* 5. *gloss.*2.*numer.*6. *recopilat.* D.Ioan.del Castill. *vbi suprà,num.* 40. Vincent. Fusar. *dict.quæst.* 408. *num.* 29. vbi *num.*30. sic tenet,& *num.*111. limitat.

*Num.*37. *&* 38.

IN hanc sententiam propendunt Menoch. *vbi suprà num.* 43. Flores de Mena *in addit. ad Gam. decisione* 11. *per tot.* Tiber. Decian. *resp.*19. *num.* 26. *cum seqq.lib.*1. Ioan. Bapt. Cost. *tract. de quot. & rat. quæst.*156. *num.*3. Ioan.Bapt.Lup. *tract. de illegitimatione, comment.*3. §.1. *n.* 57. *col.*2. *versic. similiter, & num.*13. Rota per Farinac. *decis.* 282. *num.*8. *& part.* 1. *& decis.*98. *num.*2. *part.*2. D. Ioan. del Castill. *lib.*4.*controu. cap.* 22. *& num.* 14. *cum pluribus sequentibus,* vbi *num.*147. testatur in Hispania omnes legitimationes fieri sine prejudicio legitimorum. Vincent. Fusar. *vbi suprà, numer.* 116. *&* 117.

Num. 39.

IDem agnoscunt Menoch. *de quo suprà,num.*47. *&* 64. D. Ioann. del Castill. *dict.cap.*106. *num.* 42. Vincent. Fusar. *vbi suprà,num.*132. & repetit auct. in allegatione pro Regn. Portug. *num.*29. Marc. Ant. de Amatis *consil.* 1. *num.*26. *lib.*1.

Num. 40.

HIs adde Card. Mantic. *lib.* 11. *de coniect.tit.*10.*num.*26. D. Ioann. del Castill. *dict.cap.*106. *num.* 43. vbi *numer.* 44. Vincent. Fusar. *d.quæst.*408. *n.*93.

Num. 41.

TAm in fideicommissis, quàm in Hispanorum primogeniis hanc conclusionem verissimam censemus.

Priori enim casu, etsi controuersum sit, an in conditione, si sine liberis,filius naturalis comprehendatur, communis resolutio est, quòd id ex dignitate,& volũtate, & cõditione eius,qui fideicommissum instituit,eliciendum sit, & id probat textus *in dict.* §. *si quis rogatus*, hîc præcitatus, de qua re Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.*78. *num.*18.*cum sequentibus.* Vincent.Fusar. *de subst.it.quæst.* 467. *numer.*9.

Prima etenim exclusionis coniectura est, vbi testator est persona nobilis, vel in dignitate constitutus, ex auct.hîc *versic.quam conclusionem,*& ostẽsum fuit *suprà hoc cap. numer.* 30. quem sequuntur M.Ant. Peregrin. *tract. de fideicomm. art.*28.*numer.*48.Menoch.*lib.*4. *præsumpt.* 78. *numer.* 23. Sfortia *de compend. subst.it.* 6. *parte,dub.*3. *numer.* 5.*versic. limitatur* 3. Cardin. Mantic. *de coniect. lib.*11.*tit.*9.Ioseph. de Rust.*in l.cùm auus, lib.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

lib. 3. cap. 1. numer. 94. cum sequentibus. Ioan. Bapt. Lup. *de illegitimatione, comment. 1. §. 4. numer. 14. ad finem, versiculo Prima ergo adnotatur coniectura, & num. 15.* Alex. Raudens *de analog. cap. 36. numero 16.* Petr. Surd. *cons. 571. numer. 17. lib. 4.* Vincent. Fusar. *de quo proximè, & quæstione 406. numer. 16.*

Secunda coniectura exclusionis est qualitas bonorum, veluti si habent dignitatem, vel iurisdictionem annexam, quo casu præsumitur testatorem illegitimos excluisse, sicut *in dict. §. si quis rogatus*, notat Paul. *num. 6. & 7.* vbi Ripa *num. 10.* Ruin. *cons. 77. numer. 7. lib. 3.* Menoch. *dict. præsumpt. 78. num. 24.* Card. Mantic. *dict. lib. 11. tit. 9. num. 7.* Lupus *dict. tract. de illegitimatione comment. 1. §. 4. num. 15. versic. in specie autem.*

Tertia coniectura est, quando promiscuè ad successionem masculi & fœminæ vocantur, prout *suprà* ostensum est *num. 34.*

Quarta, vbi filij legitimi, siue descendẽtes legitimi vocati sunt, in quo casu sine vlla controuersia excluduntur naturales. Nam ex verborum formula apertiùs ratio exclusionis in cõperto est, Menoch. *d. præsumpt. 78. num. 67.* Cardin. Mantic. *lib. 11. de coniect. tit. 12. num. 34. versic. vnde etiam in proposito.* Natt. *cons. 602. numer. 8.* & plurimos referens Cæsar Manent. *cons. 135. num. 4. lib. 2.* Velazq. de Auend. *in l. 40. Tauri, gloss. 11. num. 43.*

Idque procedit, etiam si in vna parte testamenti fiat mentio de filiis legitimis, in altera verò tantùm de filiis simpliciter, Manent. *vbi suprà num. 18.* quia conditio regulatur à dispositione præcedenti, vt hi censeantur positi in conditione, qui positi sunt in dispositione. Bald. *cons. 186. num. 2. & 3. versic. quo præsuppositio, lib. 1.* Socin. iun. *cons. 69. num. 31. lib. 3.* Hieron. Gabr. *consil. 69. num. 5. & cons. 116. num. 43. & 44. lib. 2.* Petr. Surd. *cons. 308. num. 13. vers. addo argumentum.* Peregr. *de fideic. art. 25. num. 30.*

Hoc fortiùs, vbi in dispositione repetitio huius qualitatis facta est sæpiùs, Alex. Raudens. *de Analog. cap. 36. n. 19. versic. 3. cum sequentibus.* Cæsar Manẽt. *dict. cons. 135. num. 20. & num. 27.* Menoch. *cons. 117. num. 54. cum sequentibus.* Vincẽt. Fusar. *de subst. quæst. 314. ex num. 1.* vbi vrgentiùs quando adest tantùm simplex vocatio filiorum.

Multo magis hæc firmissima conclusio in Hispanorũ primogeniis admittitur, siue fiat mentio de filiis legitimis, in quo casu nulla disceptatio est, siue de filiis simpliciter, in qua specie loquitur auctor vsque ad fin. & comprobatur,

Primò, quia cùm præcipuus maioratus finis sit familiarum conseruatio, ex auct. *sup. lib. 1. cap. 11. num. 3.* filius naturalis nunquam admittitur, cùm non sit de familia, nec de domo, neque de agnatione parentis, Fusar. *quæstione 354.* vbi latè, & 360. ex *num. 4. & 361. numer. 13.* Hæc enim nomina iuris sunt, non solius naturæ; ideóque naturales filios non comprehendunt, Royas *tract. de successione cap. 15. per totum.* Ioann. Garc. *tract. de nobilit. gloss. 20. num. 17.* Cardin. Mantic. *tract. de coniect. lib. 11. tit. 14. num. 24.* Ant. Monach. *decisione Florent. 20. num. 2. & num. 44. & 45.* Marc. Ant. Peregr. *tract. de fideicommiss. art. 22. numer. 82.* Cardin. Gabr. Palęoti *tract. de noth. & spur. cap. 39. num. 34.* Ascan. Clemens *tract. de patr. potest. cap. 5. per totum.* Flores Diaz de Mena *lib. 1. variarum cap. 16. art. 2. §. 2. num. 14.* & confirmatur ex adductis *suprà lib. 1. cap. 4. num. 46.* quidquid contrarium teneat Mier. *de maiorat. 1. part. quæstione 51. num. 208.* vbi de consuetudine testatur.

Secundò, quia iuxta ius ciuile & regium filij naturales nomen filiorum non merentur, *l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & in proœmio tit. 7. particula 2.* ibi, *fijos segun la ley.* vbi Gregor.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Alex.Raudenſ.*de Analog.cap.*30.*num.*92. qui aliàs dicuntur nati ex infamia facti, *l.*2. *tit.* 6. *particula* 7. de quo plura congerit Tiraquel. *de nobilitate, cap.*15. *numer.*14.

Tertiò, quia filij naturales non ſuccedunt ab inteſtato, niſi in duobus caſibus, & hoc patribus tantùm, non verò tranſuerſalibus, ex *authentica licet, C. de naturalibus liberis.* & in teſtamento ſimpliciter eis iure alimentorum capere permiſſum eſt, prout vtrumque probat *l.fin.tit.*13.*particul.*6. Quare cùm in maioratibus ſuccedendum ſit eo ordine, quo ſucceſſio ab inteſtato defertur, ex auct. *infrà cap.*9.*numer.*11. nihil mirum quòd filij naturales, ſicut ab inteſtato, ita etiam à maioratus ſucceſſione cenſeantur excluſi.

Quartò, quia in feudis regulariter filius naturalis non ſuccedit, *cap.*1.§.*naturales, ſi de feud.defunct.content.ſit.*

Quintò, ex diſpoſitione textus *in l.* 40.*Tauri*, ibi, *ſi el tal hijo maior dexare hijo o nieto deſcendiente legitimo.*

Et aduersùs naturales hoc ipſum oſtenſum eſt *ſuprà* ab auct.*lib.*1. *cap.*4.*n.* 46. & ideò communis Doctorum ſententia eſt, quam libenter amplectimur, & ſequimur in iudicando, & conſulendo, naturales in Hiſpanorum primogeniis excluſos cenſeri, niſi hi expreſsè vocentur, vel ſaltim ex coniecturis indubitatis admiſſi cenſeantur: quod agnoſcunt Velazq. de Auēd. *in l.*40.*Tauri, gloſſ.*11. *num.*43. Azeued. *in l.*11. *tit.*6. *lib.*5. *recopilat.numer.*45. Aluarad. *de coniect.ment.defunct.lib.*2. *cap.*3. *numero* 75. Mier. *de maiorat. part.*2. *quæſtione* 2. *num.* 1. vbi reſoluit, quòd ſi filij vocentur ad ſucceſſionem, etiam abſque adiectione verbi *legitimi*, naturales non comprehenduntur, & hoc ex propria maioratus natura, quæ eſt excluſiua naturalium, Flores Diaz de Mena *dict.quæſt.*16. *ex num.*2. *vſque ad numer.*37. vbi ſubdit hanc opinionem verā eſſe, eámque vidiſſe ſeruari in iudicando & conſulendo; & in additione ad Gamam *deciſione* 24. *in princip.* vbi refert dicta per eum *dict. quæſt.* 16. Molin. *de iuſtitia & iure, diſputatione* 174. *ad finem, verſic.dubium eſt.* Garcia *de beneficiis, parte* 7.*cap.*15.*numer.* 50. Caſtill. *lib.*2. *cap.*30. *numer.*18. *& tom.*5. *cap.* 106. Raudenſ. *de Analog.cap.*30.*numer.*90. Fuſar. *quæſt.*314. *ex numer.*1.

Quod in praxi receptum eſt, niſi ex coniecturis & ſerie maioratus aliud colligatur. Caſtill. *tom.*5. *cap.*67. *fol.*87. *verſ.& quod diſtinctè, & cap.*82. *per totum.*

Nos verò in hac quæſtione tenendum duximus filios naturales non cenſeri comprehenſos in diſpoſitione maioratus, niſi ſpecialiter & expreſsè dictum ſit, & ita regni communis praxis obſeruat, tamen omnibus legitimis deficientibus, naturales filios in fideicommiſſis admittendos eſſe non dubitamus, ex adductis à Fuſar. *dict.quæſt.* 314. *num.* 11. vbi ſubiungit, ſecundùm prædictam opinionem fuiſſe pluries iudicatum.

Fatemur tandem etiam in hoc vltimo caſu, naturales comprehenſos non cenſeri.

Primò, quia ex communi recepta Doctorum ſententia filij naturales, niſi expreſsè vocentur, ad maioratus ſucceſſionem admitti non debent, cùm ſubiecta materia excluſionem importet.

Secundò, quia diſpoſitio textus *in cap.*1.§.*naturales, ſi de feud. defunct. content. ſit*, cui conſonat *l.* 68. *tit.* 18. *parte* 3. procedit etiam omnibus legitimis deficientibus. nam adhuc non patet locus filiis naturalibus. Mart. Laud. quem refert, & ſequitur Curt. *in tract. de feudis, quæſt.*17.*num.* 40. Roſent. *cap.*7.*concl.*19. *numer.*4. vbi plures refert *Iuſt. C.*

Tertiò, *in l.*40. *Tauri*, quæ expreſsè diſponit, quòd bonorum maioratus ciuiliſſima poſſeſſio tantùm in legitimum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

mum successorem transfertur, & sic intelligitur de descendente legitimo.

Quartò, ex pluribus adductis à Garc. *d. cap.* 15. *numer.* 50. quem refert Castill. *d. cap.* 67. *fol.* 87. *versic. & pro distinctione.* & inter alia adducit Mier. 2. *part. quæstione* 2. *num.* 27. *&* 28. quisi rectè intueatur, id cogitandum relinquit.

Et quod de naturalibus dictum est, quoad maioratus successionem, idem de filiis legitimis ex naturalibus natis, apparet fateri, qui minimè admittendi sunt. Castill. *dict. cap.* 106. Fusar. *dict. quæstione* 314. *num.* 4.

Quod procedit etiam in filiis legitimis ex naturalibus natis, qui legitimis deficientibus ad successionem maioratus admitti non debent, tanquam ex radice infecta procreati, ex adductis *lib.* 3. *cap.* 5. *numer.*... Castill. *vbi suprà d. cap.* 67. *versic. & hactenus.* Fusar. *quæstione* 314. *numero* 4.

Quid verò omnibus deficientibus, vide Flores de Mena *d. quæstion.* 16. *num.* 8. Mier. *dict. quæst.* 2. *numer.* 134. *&* 4. *parte quæstione* 29. Azeued. *consil.* 20. *numero* 27. Castill. *vbi suprà.* Nicol. Garc. *de benef.* 7. *parte cap.* 15. *numer.* 46. Gregor. *in l.* 2. *tit.* 25. *verbo, la hija mayor, quæstione* 1. *&* *in l.* 36. *tit.* 9. *parte* 6. *gloss. magna, quæst.* 8. *&* 12. & in feud. vide *cap.* 1. §. *naturales. si de feud. defunct. fuerit content. &* *l.* 68. *tit.* 18. *parte* 3. Mart. Laud. quem refert Curt. *in tract. de feud. quæst.* 17. *numero* 40. Rosental *de feud. cap.* 7. *concluf.* 19. *numer.* 4. vbi plura refert *litt. E.* & in patronatibus Rota Roman. per Farinac. *decisione* 155. *numero* 3. *parte* 1. *in nouissimis.*

Superior ac principalis conclusio solet limitari.

Primò, in vocatione propinquorum, in qua naturales comprehenduntur. Bart. *in l. pronuntiatio*, §. 1. *numero* 1. *ff. de verborum signific,* Marc. Ant. Peregrin. *tract. de fideicommiss. art.* 22. *num.* 89. Cald. Pereir. *resp.* 1. *numer.* 12. *versic. sexto.* Azeued. *dict. consil.* 24. *in* 3. *dubio,* in quorum sententiam non propendimus, cùm peculiaris natura maioratus repugnet.

Secundò limitatur in retractu rei patrimonialis, vt pluribus relatis tenet Ioann. Gutier. *lib.* 2. *practic. quæst.* 154. *ex num.* 2. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil. gloss.* 2. *num.* 3. Montalu. *in l.* 13. *tit.* 10. *lib.* 3. *forens.*

Tertiò limitatur in iure sepulchrorum. Sebastian. de Medic. *tract. de sepult.* 1. *parte cap.* 7. *numer.* 22. Syluest. *in summa versic. sepultura. versic.* 4. Royas *tract. de successionibus cap.* 20. *numer.* 120.

Quartò limitatur in successione emphyteutica recepta à priuato pro se & liberis suis. Iul. Clar. qui dicit communem, §. *emphyteusis, quæst.* 30.

Quintò, vbi linea vocatur, cùm filij naturales sint de linea patris. Philipp. Dec. *consil.* 165. *in fine.* Zephal. *consil.* 391. Peregr. *de iure fisci, tit. de naturalibus liberis, sub num.* 9. *&* *de fideicomm. art.* 22. *numer.* 8. *ad finem.* Ioan. Gutier. *lib.* 2. *practic. quæst.* 155. *numer.* 2. *versic. naturalis.* Nos verò sanè contrarium censemus, ex rationibus *suprà* adductis, & nostram sententiam tueri videtur Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 347. *numer.* 4.

CAPVT IV.

Num. 1. 2. *&* 3.

His adde D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 4. *num.* 158. *&* 159. *&* *lib.* 3. *cap.* 19. *numer.* 146. Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 385. *ex num.* 3. Fontan. *tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. *parte* 3. *numer.* 15. & *ibi* Ioseph. Ram. *consil.* 100. pro Duce de Cardona *numero* 383. Menoch. *consil.* 1203. Thesaur. *quæstionū foren. lib.* 2. *quæst.* 12. Mieres *de maiorat.* 2. *p. quæst.* 6. *numer.* 21.

Num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Num. 4.

DEmonſtrauimus *ſuprà lib.* 1. *cap.*13. *numer.*14.*&* 15.

Communis omnium ſententia eſt, quòd maſculi eiuſdem lineæ & gradus fœminam à maioratus ſucceſſione excludunt,& ex Baldo *hîc præcitato* idem probant Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæſt.*6.*num.*2. *verſic.idem Bald.* Menoch. *conſ.*802.*numer.*27.*lib.*9.Cardin.Mantic. *lib.*8.*tit.*18.*numer.*8.D. Ioann. del Caſtil. *de quo ſuprà*,Fuſar. *dict.quæſt.*385.*numer.*9. Ioſeph.Ram. *conſil.*100. *numero* 383. fœmina enim eſt ad inſtar ſecundi gradus quando extant maſculi eiuſdem lineæ & gradus, etiamſi illa primogenita ſit, ex auctore *infrà num.* 12. *& lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 14.& in allegatione pro Rege noſtro Philippo *numer.* 7. ídque procedit, etiamſi filia ſenior vocata ſit. Gam.*deciſione* 51. vbi ſententias cõtrarias refert, & tandem pro maſculo refert obtentum; & licèt contrarium teneat Salazar *tract. de vſu & conſuetudine cap.* 12. deciſio Gamæ in Regno ſemper practicatur, de qua re Cald. *tract. de nominatione emphyt. quæſt.* 14. *ex num.* 1. *& quæſt.*17. *numer.*36. Aluarad.*de coniect.ment.defunct. lib.*2. *cap.*3. §.4. *num.* 31. Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri gloſſ.*9. *numero* 75. & in pulchro caſu Ioannes Gutierres *lib.* 2. *pract. quæſt.* 87. *num.*4.

Quid ſi vocatur ad ſucceſſionem maioratus filius,aut filia,an præferatur maſculus ex ſecundo matrimonio filiæ ſeniori primogenitæ, vide Cald. Pereir.*deciſione* 122.

Num. 5.

ID prorſus agnoſcunt P. Molin.*tract. de iuſt. & iur.d.ſp.* 625.*numer.*3.M. Ant. Peregrin.*tract.de fideicommiſſ.art.*26.*num.* 12. & in ſucceſſione Regni idemtenẽt alij,quos refert auct.in allegatione pro Rege noſtro Philippo,*numer.*6.Caſtill. *tom.*5.*cap.*143 §.*vnico*,*numer.*13.& in eadem ſpecie Vincent. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 385.*numero* 7. Franciſc. Molin. *tract. de rit. nupt.lib.*3. *quæſt.*17. *in fine.* & hęc eſt communis Doctorum opinio.

Num. 6. *&* 7.

PRoſequitur P. Molin. *vbi proximè*, ídque veriſſimum eſt cum relatis etiam à Fuſar. *d.q.*385.*numero* 14.

*Num.*8.*&* 9.

REfert & ſequitur Vincent. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 385. *numer.* 15. *&* 16. & tota Hiſpania receptum eſt fœminam ſub nomine & appellatione familiæ comprehendi. P. Molin. *dicta diſp.* 625. *numer.* 3. *in fine.* Ioſeph. Ram *conſil.* 100. pro Duce de Cardona *numer.* 103.

Num. 10.

DVæ ſententiæ eliciuntur ex adductis in præſenti, quas veras & receptas eſſe profitetur auctor.

Prima ſententia eſt,quòd iuxta ſtatuta & conſuetudines Italiæ, appellatione domus, vel caſatæ, fœmina excluſa cenſetur, vt probant ipſe auct. *infrà num.* 11. Cardinal. Mantic.*lib.*8.*de coniect.vlt.volunt.tit.*12.*num.*17.Menoch. *lib.*4.*parte ... præſumpt.*88.*num.*12.M.Anton.Peregrin. *tract. de fideicomm. artic.*12. *num.*22. Simon de Præt.*de interpretatione vlt. volunt. lib.* 3. *interpret.* 2. *dubio* 1. *ſolut.* 11. *num.* 22. Cald. Pereir. *de nominatione emphyt. quæſt.*24. *num.*60. Mier.*de maiorat.*2.*part.quæſt.*6. *ex num.*411. Marta *tractat.de ſucceſſione legal.*1.*part.quæſt.*1. *artic.* 2. *num.* 17. & Fuſar. *de ſubſtit. vbi ſuprà*, *num.*17 & in vocatione maioris de domo idem tenent Petr.Anchar. *conſ.*27. *num.*7.*verſic. poſtquam*, *& verſic. omnes in*

hoc

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

hoc concordant. Barbat. *consil.* 27. *numero* 7. *col.* 2. *versic. propterea, vol.* 1. *&* *consil.* 14. *numer.* 13. *versic. unde solemnis, vol.* 3. *& in cap. canonum statuta, ad finem, de constit.* Bald. qui refert sic consuluisse Bart. *consil.* 18. *numer.* 17. *dub.* 3. *lib.* 2. Fusar. *quæstione* 499. *numer.* 7.

Secunda verò sententia est, quòd in Hispanorum primogeniis, sub vocatione *domus*, vel *casatæ*, tam masculi, quàm fœminæ comprehenduntur, & post auct. id probant, alter Molin. *dict. disp.* 625. *num.* 3. Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri, gloss.* 9. *numer.* 18. *&* 19. Peres de Lara *de anniuers. & capellan. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 234. *& lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. vbi subdit hæc verba, *familia, prosapia, lynage, generacion, parentela, casa, zepa, gente, progenie*, esse synonyma, de qua re vide Francisc. Molin. *tract. de ri. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *numer.* 187. Vincent. Fusar. *de quo proximè.* & quòd fœmina veniat sub vocatione de domo, etiamsi sit nupta, tenent Petr. Surd. *cons.* 140. *num.* 67. Seraph. 1418. *numer.* 2. quos & alios refert Addit. ad Ludou. *decis.* 293. *num.* 23. Hoc verissimum in iudicando & consulendo, quidquid contrarium teneat Mier. *vbi suprà num.* 413. & in hac materia firmissima regula est, quòd vbi successio indifferens est, tam masculi, quàm fœminæ comprehendantur, ex textu *in l. maximum vitium, C. de liber. præt.* cum aliis adductis à Beltramino in not. ad Ludouis. *decis.* 293. & ad id tenendum maximè conducit ratio textus *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. in ratione sui, de quo *suprà num* 5.

Num. 11.

PEraltæ sententia verissima est in Hispanorum primogeniis, in quibus subiecta materia repugnat, Auend. *in l.* 40. *gloss.* 9. *num.* 20. Iacob. Menoch. *consil.* 801. *num.* 30. *&* 62. cum adductis *suprà dict. num.* 10.

Num. 12.

COnsonat auctor *suprà num.* 4. & id agnoscunt Mier. *de maiorat.* 1. *part. quæst.* 51. *num.* 25. Gam. *decis.* 338. Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 379. *numer.* 70. *& quæst.* 385. *num.* 9. & ex his colligitur, quòd gradus qui non causat prærogatiuam succedendi, non est in consideratione. Corn. *consil.* 22. *num.* 25. *in fine, lib.* 2. *& consil.* 131. *num.* 9. *eodem lib. & in vers. neque obstat*, ait, quòd si aliàs iura velint quòd in successionibus admittantur proximiores, tamen proximiores intelliguntur secundùm ordinem successionis, & gradatim, secundùm quod vocantur. Alex. *consil.* 88. *num.* 1. *in fine, lib.* 1. Paul. Paris. *consil.* 36. *num.* 13. *lib.* 2. Hier. Gabr. *consil.* 86. *num.* 3. Honded. *consil.* 70. *num.* 44. *&* 45. *lib.* 1. M. Ant. Peregrin. *tract. de fideicommiss. art.* 21. *num.* 9. *&* 10, Carol. Ruin. *consil.* 167. *numer.* 10. *&* 11. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 93. *numero* 11. 12. *&* 13.

Num. 13. *&* 14.

DE prima obseruatione, quæ respicit lineam, vide auct. *suprà lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 12. *& infrà lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 30. *&* 31. Amat. *resol.* 1. *num.* 32. *&* 52. Balzar. *lib.* 2. *de feud. fol.* 311. *numer.* 11. Francisc. Becius *consil.* 38. *numer.* 45. *&* 46. *vol.* 2. M. Ant. Peregrin. *consil.* 42. *numero* 6. *vol.* 3. Petr. Surd. *consil.* 403. *num.* 16. *& consil.* 320. *num.* 15. *lib.* 3. Melch. Feb. *decis.* 22. *num.* 9. *& decis.* 40. *num.* 5. Mart. *de succes. legal.* 1. *part. quæst.* 12. *art.* 1. *num.* 7. Paz *tract. de tenut. cap.* 35. *num.* 11. Don Ioann. del Castill. *vbi suprà, ex num.* 3. *& tom.* 5. *cap.* 91. *num.* 62. Fabius de Anna *consil.* 53. *num.* 116. & in eadem specie Ludouic. de Casan. *consil.* 38. *num.* 114. Ioan. Ant. Lan. *consil.* 35. *per tot.* Fusar. *de subst. quæst.* 379. *num.* 50. P. Molin. *dict. disput.* 625. *num.* 5. Robles *lib.* 3. *cap.* 11 *num.* 36. & Menoch. 9. *& num.* 7. *lib.* 10.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

De secunda obseruatione, quæ respicit gradum, vide auctores *suprà* relatos, quibus addendum censemus, quòd in effectu non sufficit, quòd quis sit eiusdem gradus, & maior natu, nisi sit eiusdem lineæ, Burg. de Paz *consil.* 29. *n.* 48. & 49. Iac. Menoch. *consil.* 1082. *num.* 8. *lib.* 11. Mier. 2. *parte*, *quæstione* 6. *num.* 29. D. Ioann. del Castill. *tom.* 3. *controu. cap.* 5. *num.* 52. & *d. cap.* 93. de quo *suprà numer.* 3. & hinc infertur, quòd cùm lex priuilegiat lineam, postea gradum, statim sexum, deinde ætatem; non est curandum de gradu, nisi in linea, neque de sexu, nisi in gradu, nec de ætate, nisi in sexu, vt inquit Marin. Frecc. *de subfeud. tit. de feudis hæred. antiq. num.* 22. & ante eum Bald. *consil.* 137. *in fine lib.* 2. Gregor. *in l.* 3. *tit.* 13. *parte* 6. *gloss. muger*, Gam. *decis.* 354. & idipsum repetit auctor *inf. cap.* 6. *num.* 50.

De tertia obseruatione, quę respicit sexum, vide adducta *suprà num.* 4.

De quarta, quæ respicit ætatem, vide *superiùs* citatos *in principio huius numeri*, quibus adde, quòd si constitutio in successione feudi præfert sexum, atque etiam præfert ætatem, priuilegium ætatis vincit, quia specialius, & ideò fœmina primogenita excludit masculum minorem. Alex. *consil.* 29. *in primo versic. secundò hoc videtur*, *lib.* 1. licèt *num.* 3. *in fine.* ab hoc recedat, non est propter ius, sed propter constitutiones ponderatas, vt *ibi* per eum: sed vtcumque sit, in Hispanorum primogeniis eius sententia procedere non potest, ex adductis *sup. num.* 4. & auctoris sententiam in specie sequitur Ioseph. Ramon *consil.* 100. *num.* 306. & 502.

Tandem pro regula statuendum censeo, quòd in successione maioratus ratione lineæ præfertur quis omnibus prætensoribus, etiamsi sint proximiores in gradu, & in aliis qualitatibus. Sousa *in l. fœminæ*, *parte* 1. *num.* 279. vbi hoc infert ex *cap.* 1. *de natural. succes. feudi.* Et hæc sententia in praxi & vsu forensi recepta est, secundùm ipsam naturam maioratus, qui recto ordine defertur, ex adductis *inf. cap.* 6. *ex n.* 30.

Num. 15. 16. & 17.

His adde P. Molin. *d. disputat.* 628. *num.* 6. Pedroch. *consil.* 40. *num.* 318. *n.* 41. *lib.* 3. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 92. *num.* 35. *vers. habent.* Vincent. Fusar. *de substit. quæstione* 385. *num.* 12. & auctoris conclusio *num.* 31. communis est, & obseruari debet tam in iudicando, quàm in consulendo, à qua nunquam in praxi recedas.

Num. 18. *vsque ad* 32.

Castill. *tom.* 5. *cap.* 143. §. *vnico*, *num.* 13. *col.* 2. & *tom.* 6. *cap.* 131. *num.* 22.

Num. 21.

Adde *lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 10. & *lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 46. Castill. *tom.* 5. *cap.* 18. *pag.* 468.

Num. 32. & 33.

In hanc sententiam propendunt, Tiber. Decian. *consil.* 24. *num.* 113. *lib.* 1. Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *ex num.* 24. Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæst.* 6. *num.* 97. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 130. *ex num.* 2. & *cap.* 139. *ex num.* 1. & *cap.* 180. *num.* 16. Ioseph. Ramon *consil.* 100. pro Duce de Cardona *num.* 501.

Num. 34. *vsque ad* 38.

Nouissimè recenset Castill. *cap.* 129. *num.* 55. *tom.* 5. *cap.* 178. *pag.* 450. *vers.* & *eadem parte.* Francisc. Sousa *in l. fœminæ*, *num.* 289. & pro fœmina in casu dubio, vide Mier. 2. *parte*, *quæst.* 6. *num.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

num. 97. Petr. Surd. *consil.* 544. *ex numer.* 130. *vol.* 5. *& consil.* 316. *numer.* 18. Don Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 139. *num.* 1. *& cap.* 129. *numer.* 34. Vincent. Fusar. *de substit. quæstione* 311. *in fine*, *&* 385. *num.* 3. quam materiam prosequemur vsque ad finem huius capitis.

Num. 38. 39. & 40.

NIsi liquidò constet de iure transuersali, fœmina admissa censetur, & procedunt adducta ab auctore *toto hoc capitè*, & hoc probant Philipp. Dec. *consil.* 42. *num.* 10. *&* 467. *numer.* 9. *&* 498. *ex numer.* 3. Roland. *consil.* 1. *numer.* 48. *lib.* 2. *& consil.* 2. *numer.* 27. *lib.* 3. Osasc. *decis. Pedem.* 23. *numer.* 26. *& decis.* 26. *num.* 13. *&* 14. Burg. de Paz *consil.* 29. *ex num.* 86. cum adductis *suprà*, quibus addendum est, quia ibi adest dubium, causa deciditur pro eo qui fundat de iure. Bald. *consil.* 435. *numero* 2. *lib.* 4. Socin. *cons.* 156. *numer.* 18. *versic. præterea, lib.* 2. & in petitione hæreditatis in casu dubio pro venientibus ab intestato pronuntiandum est, Zucchard. *in l. fi. num.* 401. *C. de edict. Diui Adr. tollend.* Achil. Person. *de adipisc. possess. lib.* 6. *numer.* 5. & in materia maioratus, quæ non est exclusiua fœminarum, sed in eo ad instar Regni succeditur, vt *suprà numer.* 4. Hæc sententia procul dubio verissima est, & fortiùs si filia reperiatur in possessione bonorum, quia tunc in modum exceptionis fortiora sunt iura, quæ pro fœmina adducuntur, ex Bartol. & Salizet. *in l. sancimus*, per illum textum *C. de testam.* vbi de communi testatur, & *ibi* Alberic. *num.* 3. Paul. de Castr. *num.* 5. Ias. *num. fin.* Ioann. Zephal. *consil.* 519. *numer.* 29. Iacob. Menoch. *consil.* 176. *numer.* 8. pro quibus facit *l. qui liberis*, *§. testamento*, *ff. de bon. possess. secund. tabul.* & in specie auctoris sententiam probant D. Ioan. del Castil. *vbi suprà*, Arman. Pist. *quæst. iuris lib.* 2. *quæstione* 39. *num.* 8. Thesaur. *lib.* 1. *quæst. for. quæstione* 11. Ioann. Gut. *lib.* 2. *pract. quæst.* 87. *numer.* 5. Mier. *de maiorat.* 3. *parte, quæstione* 2. *num.* 26. Ioseph. Ram. *consil.* 79. pro Duce de Cardona, *numer.* 13.

Num. 41. & 42.

HIs adde D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 92. *num.* 53. *& tom.* 5. *cap.* 143. *§. vnico, num.* 13. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 11. *ex num.* 2. Paul. Balzar. *de feud. lib.* 2. *tit.* 26. *si de feud. defunct.* qui tam in filia, quàm in sorore vltimi possessoris hanc sententiam probat, P. Molin. *tract. de iust. & iure*, *d. disp.* 625. *numer.* 6. Don Francisc. de Leon *decis.* 209. *numer.* 212. & ex adductis *suprà ex numer.* 2. habet fœmina fundatam suam intentionem in iure communi, seu Hispano, atque in consuetudine ita succedendi in maioratibus, & allegans contrarium probare debet, ex auct. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. aliàs eius exclusio propter masculos remotiores admittenda non erit, nisi euidentissimis & clarissimis coniecturis constiterit, vt *suprà numero* 38. *& infrà cap.* 5. *num.* 71. Meritò itaque in possessione maioratus tuetur donec aliud compertum sit, ac perspicuè constet. Pro qua tandem facit proximitas gradus, & ratio lineæ, de quibus *infrà cap.* 9. *per totum*, *& suprà numer.* 13. *&* 14. *& lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 12.

Num. 43. & 44.

HÆc opinio in Hispanorum primogeniis verior & receptior est, quidquid contrarium teneat Rosent. *de feud.* 1. *tom. cap.* 2. *de fœmin. succes. concluf.* 52. *num.* 6. Ideóque si exclusio fœminæ in continenti probetur, masculus quantumcunque remotior, debet admitti, ídque ad intellectum textus *in dict. §. inter filiam*, probant Marc. Ant. Peregrin. *de fideic. artic.* 48. *numer.* 47.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap. 5. à num. 3.* ex quo insurgit intellectus ad *l. 45. Tauri*, de qua per auct. *numer. 44.*

CAPVT V.

Num. 1. vsque ad 5.

HIs adde Parlador. *lib. 3. rerum quotid. quæstione 1. in principio.* Aluēd. *consil. 86. & 87. lib. 1.* Guid. Pap. *consil. 176. à num. 3. versic. ad quartum quæsitum.* D. Ioan. del Castill. *lib. 2. controu. cap. 4. per totum, & tom. 6. cap. 133. num. 18.* Franciſc. Molin. *tract. de rit. nupt. quæst. 24. num. 110.* Vincent. Fusar. *de subst. quæst. 458. ex numer. 10.* & auctoris ſententia in praxi Aduocatorum & iudicum recepta eſt; ita verò quando expreſsè maioratus inſtitutio in perſonis agnatorum facta eſt, vt *in præſenti, & infrà numer. 18.* vel quando tacitè ex indubitatis ac manifeſtiſſimis coniecturis id apparet, ex adductis *cap. 4. numer. 38. & lib. 1. cap. 4. num. 24. & 25. cum ſequentibus*; aut ſaltim vnica ratione quæ concludenter ad id ſuadeat, vt *inferiùs numer. 5.* ſecus verò ſi id in comperto non eſt.

Num. 5. vsque ad 8.

PRoſequitur P. Thom. Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 42. num. 4.*

Num. 8.

HIs adde Franciſc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 24. ex numer. 123.*

Num. 9.

PRo hac ſententia vide Hieronym. Gabr. *conſil. 97. numer. 24. lib. 1.* Cranet. *conſil. 230. numer. 4. & conſil. 306. numer. 5.* Burſat. *conſil. 132. num. 41. lib. 2.* Ioann. Zephal. *conſil. 600. num. 34. & 35. lib. 4.* Paul. Pariſ. *conſil. 38. lib. 2.* Mantic. *tract. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 18. vol. 2.* Cardin. Mantic. *tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 2.* Simon de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 3. dub. 7. ſolut. 11. num. 71.* Riminald. iun. *conſ. 147. numero 27. lib. 3.*

Num. 10.

REpetit auctor *ſuprà lib. 1. cap. 5. ex num. 7.* & agnoſcit P. Thom. Sanchez *dict. diſput. 42. num. 4.*

Num. 11. vsque ad 16.

PLura adducit Vincent. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 357. num. 3.* de qua re vide Roland. *conſil. 67. numero 70. vol. 3.* Ludouic. Roman. *conſil. 15. ex numer. 4.* Quid verò ſi filia à ſucceſſione maioratus propter patruũ excluditur, an filius patrui eam præcedet? vide Ioann. Gut. *conſil. 13. num. 17.* Petr. Surd. *conſ. 315. volum. 3.* Rimin. *conſil. 372. num. 122. vol. 4.* Tiber. Decian. *conſil. 56. numero 52. volum. 1. & conſil. 60. num. 33. vol. 3.* Philipp. Dec. *conſ. 308.*

Num. 16.

DE hac regula, *ſi vinco vincentem te*, & de doctrina Bartoli *hîc* præcitata, plura cumulat Don Ioan. del Caſtill. *lib. 3. controu. cap. 30. per totum*, ſaltim *num. 3.* vbi refert auctorem: & ante eum Iacob. Cuiac. ad Paul. *in l. Claudius, ff. qui pot. in pign. habeant.*

Cæterùm prædicta regula in ſucceſſione momentanea, duntaxat locum habere poteſt, vbi primus, vincens ſecundum, vincit etiam & tertium, eo quòd ratio vincendi tertium, immediatè ex victoria ſecundi inſurgit; ſecus verò in ſucceſſione graduali & perpetua, prout eſt ſucceſſio maioratus, vbi primo loco vocatus, vincit ſecundum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

secundum & tertium, & vlteriores proprio iure, & ex propria persona, non verò ex persona alterius, & ita praxis admittit.

Num. 17.

PRosequitur latè Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 458. *ex numero* 1. Ioseph. Ram. *consil.* 31. *ex numer.* 1. & declaratur *infrà numer.* 18.

Num. 18. 19. *& 20. vsque ad* 25.

IN materia fideicommissaria regula est communiter recepta, quòd primogenium instituens, duplici modo potest agnationem suam conseruare, prout concludit magistraliter auctor in præsenti.

Primò expressè, simpliciter & absolutè se facere maioratum inter omnes masculos & agnatos, & tunc ex identitate rationis extensio de casu ad casum facienda est, vt *suprà numer.* 1. *&* 2. *& lib.* 1. *cap.* 4. *numero* 23. Ioseph. Ramon *consil.* 100. pro Duce de Cardona *numero* 147. *cum sequentibus*, Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. quæstione* 24. *per totam.* Mier. 2. *parte*, *quæst.* 6. *num.* 102. Petr. Surd. *consil.* 316. *numer.* 16. *volum.* 8. Menoch. *consil.* 1062. *ex num.* 24.

Hoc limitatur primò, quando si ratio generalis in omni casu obseruaretur, sequeretur aliquod inconueniens, vel absurdum, vt pluribus refert Francisc. Molin. vt *suprà num.* 137.

Secundò limitatur, quando ratio generalis in modum causæ finalis expressa non est, idem *numer.* 131.

Tertiò limitatur, quando hæc ratio conseruandæ agnationis, non per verba dispositiua, sed per enuntiatiua tantùm prolata est, idem *num.* 140.

Quartò limitatur, quando ratio conseruandi bona in agnatione expressè aduersaretur his, quæ in præcedentibus disponens statuisset, veluti si antea data esset facultas alienandi in familia, quia ratio generalis ad specialiter dispositа restringi nequit, *l. eo hærede*, *§. qui patrem*, *ff. de vulg. & pupil. substit. l. alimenta*, *§. Basilicæ*, *ff. de aliment. & cibar. legat.* idem Molin. de quo *suprà numero* 142.

Secundo modo, quando disponens rationem conseruandæ agnationis, nō expressit dispositiuè, sed qualificatiuè, & limitatè, contemplando agnationem tantùm ad certos gradus restrictam, vt in exemplo proposito *in præsenti*, *& numer.* 24. quo casu extantibus his verbis restrictiuis, extensio fieri nō debet, Francisc. Moli. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *ex numer.* 134. Vincent. Fusar. *de substit. quæstione* 385. *ex numero* 21. & omnium interpretum communis sententia est, quòd fauor conseruandæ agnationis tantùm habet locum in casibus à testatore expressis, Menoch. *consil.* 232. *num.* 23. *lib.* 3. *& consil.* 243. *numer.* 52. *eodem lib.* quia substitutio fideicommissaria non extenditur de casu ad casum ratione cōseruandæ agnationis, propter quam nunquam inducitur aliqua noua substitutio, Philipp. Dec. *consil.* 288. *numer.* 9. Ioann. Zephal. *consil.* 107. *numero* 18. *&* 19. *lib.* 1. Socin. *consil.* 4. *numer.* 21. *& consil.* 116. *num.* 10 *lib.* 3. *& consil.* 118. *num.* 31. *&* 32. *lib.* 1. *& consil.* 155. *à numer.* 10. *lib.* 2. *& consil.* 57. *numer.* 7. *lib.* 4. vbi de communi testatur, & ita iudicatum refert Lucens. *decis.* 82. *numer.* 14. *lib.* 2. & resoluit post alios Simon de Prætis *consil.* 47. *numer.* 27. *& consil.* 90. *num.* 29. à qua sententia recedendum non est, tam in iudicando, quàm in consulendo; & licèt Cardin. Mantic. teneat contrarium, *lib.* 6. *de coniect. tit.* 15. *numer.* 6. pro auctore fuit iudicatum aduersùs Mantic. vt testatur Peregrin. *tract. de fideicommiss. quæst.* 19. *numer.* .. & in specie sic concludit Rota per Ludouis. *decisione* 33. *num.* 18.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& diximus *suprà lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 37.

His verò superaddendum censemus, quòd adducta in præsenti ad Hispanorum primogenia non facilè possunt adaptari, quorum substitutiones vulgari sermone concipiuntur, neque reperitur quisquam, qui maioratum hoc modo instituat, *volo in personam Titij agnationem meam conseruari.* hoc verbum *agnatio*, externum est apud Italos, non verò apud Hispanos vsitatum. Sed more vernaculo & proprio huius regni vocantur proximiores de domo, de genere, de familia, de quibus *sup. cap.* 4. *num.*.... quæ vocatio nullam agnationis coniecturam inducit, ideóque vt in Hispania cognoscatur, vtrùm maioratus institutor prospexerit agnationi genericè, vel restrictè, ordo substitutionis, & eius qualitas inspicienda est, in qua tota vis ac pondus pendet, & residet, vt prosequemur inferiùs.

Num. 25. *vsque ad* 30.

VSque ad numerum 30. disputat auctor, vtrùm ex masculorum vocatione pluries repetita absolutè facta, agnationis ratio comprehendatur, de qua re contrarij sunt Doctorum sententiæ.

Prima sententia est affirmatiua, quã pluribus relatis comprobat Peregrin. *de fideicommiss. art.* 19. *num.* 16. *& artic.* 26. *num.* 15. & ante eos tenuerunt Socin. *numer.* 8. *cum seqq.* & Ias. *numer.* 19. *in l. Gallus, §. nunc de lege, ff. de lib. & posthum.* Marc. *decis.* 546. *numer.* 21. *parte* 1. Decian. *consil.* 127. *num.* 15. *cum seqq. vol.* 3. Menoch. *consil.* 127. *numer.* 12. *& consil.* 400. *numer.* 43. Surd. post alios, *consil.* 316. *num.* 6. *vol.* 3. Garc. *de nobilit. in initio, numer.* 6. Rustic. *in l. cùm auus, lib.* 4. *cap.* 2. *à num.* 14. D. Ioan. del Castill. *tom.* 2. *controuers. cap.* 4. *numer.* 78. *&* 80. *& tom.* 5. *cap.* 92. *à num.* 2. *& tom.* 6. *cap.* 129. *per totum*, maximè ex *numer.* 49. Vincent. Fular. *de substit. quæst.* 499. *num.* 15. *&* 17. *& quæst.* 311. *num.* 63. *& quæst.* 346. *num.* 13. *& num.* 19. limitans hanc receptam conclusionem, si testator vocasset masculos absque expressione masculinitatis, id est, proprio nomine, vt *infrà num.* 29. *& num.* 37. *&* 45.

Secunda verò sententia est superiori contraria, quam tenet Cardin. Mantic. *lib.* 11. *de coniect. vltim. volunt. tit.* 14. *num.* 6. Marc. Anton. Peregrin. *cons.* 70. *num.* 3. *vol.* 3. Anton. Fab. *de pragm. tom.* 2. *decade* 28. *errore* 8. Ant. Petr. *tract. de fideicommiss. quæst.* 9. *num.* 193. *variarum.* contrarium tamen Rota Romana per Farinac. *decis.* 443. *& decis.* 463. *parte* 1. *in nouissimis*, & alij relati à D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controuers. cap.* 92. *ex num.* 2. Pro qua sententia facit primò adducta *num.* 27. *& infrà num.* 34. scilicet quia alia ratio præterquam cognationis, circa masculorum vocationem potest assignari, nempe qualitas masculinitatis, quæ dignior est sexui fœmineo, Fulgos. *consil.* 85. *num.* 2. & pulcherrimè Lupus *allegatione* 101. *num.* 15. Albens. *consil.* 13. *num.* 8. *lib.* 1. *& consil.* 287. *numer.* 17. *lib.* 3. quòd extentæ *l.* 2. *tit.* 15. *parte* 2. fortior vis procedit, cuius decisio ad administrationem cognatorum maximè viget in Hispania, vbi desunt statuta Italiæ, cognatos propter agnatos excludentia, ex auctore *suprà cap.* 4. *numer.* 11. Secundò, pro hac vltima sententia faciunt tradita *infrà num.* 28. *&* 29. vbi ratio agnationis tanquam vnica & sola, non præsumitur nisi probetur, de qua re Perez de Lara *tractatu de anniuersariis, & capellaniis, cap.* 30. *numero* 83.

Nos verò priorem sententiam veriorem, ac practicabiliorẽ censemus, quia in hac multiplici masculorum vocatione, nulla alia ratio potest assignari quàm agnationis, quæ tanquam vnica debet attendi, ex auctore *suprà lib.* 1.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

lib. 1. cap. 5. num. 9. cum seqq. hoc ita quando maioratus institutor masculos sẽper ad successionem inuitauit, nec de fœmina in aliqua parte dispositionis mentionem fecit, vt *hîc numer. 29. vers. his autem, & infrà num. 45. 48. & 69.* Sícque in supremo & regio consilio pluries in praxi obtentum vidimus, & hanc nostram sentẽtiam dicit Ioseph. Ram. *cons. 15. ex num. 14.*

Num. 30. vsque ad 38.

TOta hac disputatione auctor probare intendit, quòd masculorum vocatio excludit fœminarum successionem, & *num. 37.* in sententiam affirmatiuam propendit, de quo *superiùs numero præcedenti* actum est, ídque agnoscunt, Marc. Ant. Peregr. *tract. de fideicommiss. art. 25. num. 11. & cons. 16. num. 2. vol. 1.* Valentin. Foster. *tractatu de successione lib. 3. cap. 23. axiom. 7. num. 18. vsque ad finem.* Velazq. de Auend. *in l. 40. Tauri, gloss. 9. à num. 47.* quorum sententia verior & practicabilior est, vt *suprà* diximus. Nam etsi in conditione, si institutus decesserit sine filiis, comprehendatur filia, ex decisione textus *in l. cùm auus, hîc* præcitata, & *l. non est sine liberis, ff. de verborum significatione*; si tamen dixerit, si decesserit sine filiis masculis, cùm ad exclusionem fœminarum hoc videatur adiectum, filij masculi substitutum excludunt, fœmina verò non excludit. Mantic. *tractatu de coniecturis, lib. 11. tit. 15. numer. 1. circa finem.* Simon de Præt. *de interpretatione vlt. voluntat. lib. 3. dubio 3. solut. 2. num. 31. pagina nobis 186.* Marc. Anton. Peregrin. plura referens *tract. de fideicommiss., art. 25. numer. 11.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 89. & consil. 1006. num. 9. & 10099. num. 20.* subdens hanc esse specialem exclusionem fœminarum. Castill. *lib. 2. cap. 4. à num. 79. & lib. 5. cap. 92. numer. 2.* de qua re vide Vincent. Fusar. *de substitut. quæst. 402. ex num. 1.* saltim *num. 5.* & hinc est, quòd etsi *in l. cùm auus*, regulariter fauore liberorum suppleatur conditio, si sine liberis, hoc non procedit, si dictum esset, si decesserit sine filiis masculis, vel quando in liberis deficit qualitas, quæ patrem admittebat, ex adductis ab Gabriele *lib. 4. comm. tit. de fideicommissis, conclus. 2. numer. 83. limit. 23.* Ioseph. de Rustic. *in d. l. cùm auus, lib. 6. cap. 4. num. 16.* Horat. Carpan. *ad statuta Mediolan. tom. 1. cap. 311. numer. 3. sub littera D.* & hanc sententiam communem dicit Gregor. *in l. 3. tit. 13. partita 6. glossa mugeres, folio 86. col. 1. versic. an autem ex eo.* & quamplurimis citatis eam amplectitur, dicens magis communem, Anton. Gomez *tom. 1. cap. 5. num. 38.* vbi hanc appellat indubitatam sententiam, & in iudicando sequendam, quia nemo dissentit.

Cæterùm in hac materia has conclusiones deducendas censemus.

Prima conclusio est, quando masculus simpliciter vocatur, nulla facta fœminarum mentione, tunc fœmina omni tempore, & in quocunque casu excludi debet, quia inclusio masculorum est perpetua exclusio fœminarum, vt *in præsenti numer. 31.* actum est.

Secunda conclusio est, quando fœminarum exclusio ita concipitur, donec masculi extarent, hoc enim casu vita masculorum facit interim dormire, sed non expirare legitimam successionem fœminarum, vnde amoto impedimento per masculorum obitum, ipsamet impedimenti amotio retrò fingit impedimentum non fuisse, Bald. *consil. 426. num. 3. & 4. vol. 3.* Petr. Anchar. *consil. 339. numer. 8. & cons. 220. numer. 2.* Fab. de Ann. *consil. 53. lib. 1. num. 38. & 39.* Iacob. Menoch. *consil. 105. numero 78. & 79. vol. 1.* Gail. *pract. obseru. tit. de feud. quæst. 36. part. 1.* Henric. Rosent. *eodem tract. tom. 1. cap. 7. conclus. 45. numer. 15. cum sequentibus, & ibi litt. R, folio nobis 531.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

531. Aluar. *tract. de coniect. ment. defunct. lib.2. cap.3.§.4 numer.26.* Greg. Lopez *in l.3. gloss.2.quæst.23.tit.13. parte 3.*

Tertia & vltima conclusio est, quãdo fœmina excluditur simpliciter & absolutè, non conditionaliter, nec ad tempus, vt in secunda conclusione, quo casu omnes fatentur, non suspendi, sed erradicari omnino à sexu fœmineo potentiam succedendi, & consequenter etiam deficientibus masculis, non est talis sexus idoneus, neque successibilis. Nam verbum importans impedimentum temporale, diuersum est ab eo, quod importat impedimentum perpetuum,& præcisum;quia primum, cursu temporis vel simplici,vel qualificato amouetur, secundum autem non, Bald. *cons. 67. volum.1.num.1.* Curt. iun. *consil.111. numer. 11.* Garz. *tract. de fœminis ad feud. recip. colum. 6.* Valent. Forster.*tract.de success. lib.3.cap.23.axiom. 3. numer. 18. & 19.* Cardin. Mantic. *de coniect.vlt. vol. lib. 6. tit. 10. numer. 2.* vbi ait hoc fieri respectu conseruandæ agnationis. Ludolph. Schrader.*de feud. tom.1. cap. 4. n.83. & 85.versic.quartò hæc conclusio,fol.186.*vbi ampliùs dixit quòd dispositio textus *in cap. 12. §. quin etiam Episc.vel Abb.* vbi habetur,quòd fœmina semel exclusa, durat perpetuò exclusa, quamuis deficiat masculus, cuius intuitu excluditur à feudo, vel hęreditate; sed hîc vbi simpliciter & absolutè exclusio facta est, secus si specialiter & ad tempus. Ferrar.Montan. *in decis. feudal. lib. 3. cap. 8. versic.sunt tamen.* & addit. ad Rosent. *lib. 1. cap.7. conclusione 45. litt.P.circa fin. fol.531.*Petr. Surd. *consil. 343. numero 10. vol. 3.* Rota *lib.2. diuers. decisione 108.num.2.& 3* Borgnin. Caualcan. *decis. 18. num.10.& 11. lib.3.* & hoc fortiùs,vbi præcessit vocatio masculorum, post quæ verba subsequitur negatiua ad exclusionem fœminarum,vt ex pluribus tenet Mier. *de maiorat.4.part.quæst.29.num.2.*

Num. 38. vsque ad 41.

His adde Mandel. Albens. *cons.19.* qui de communi testatur. Menoch.*consil. 463.num.11. & consil.524. numer.4.vers.tertio & vltimo, & consil.836. num.13.*cum pluribus aliis relatis à Fusar.*de substit.quæst.311. num. 42. & 43. & quæst.403.num.12.*Castill. *lib.2.cap.4.numer.135.* vbi *in fine* sic consuluisse testatur.

Num.41.vsque ad 43.

Adde Castill.*tom.5. cap.143.§.vnic. num.12.* Rectè & iuridicè tenet Paul. *hîc*,nam licèt matre excluſa,eius etiam descendentes censeantur exclusi,ex auctore *infrà num.47.*Mier.2. *parte de maiorat. quæst. 6. num. 46.* Ioseph. de Rustic. *in l. cùm auus, lib. 6. cap.16. ff. de condit. & demonst.*hoc solùm procedit, quando ratio exclusiua militat,tam in filio,quàm in matre. Zephal. *consil. 53. numer.25.* vbi in quodam statuto loquitur,videlicet in matre,quæ extero aduersùs prohibitionem nupsit, & de simili statuto vide Horat. Carpan. *ad stat. Mediol. tom.1. cap. 31. numer.3. sub litt. B,folio nobis 595.* & ratio statuti erat, ne hæreditas in non subditos peruenireț, vt de statuto Laudensi tradit Socin. iun. *consil.62.numer.13 lib.3.* Alciat.*resp.9. num.11.versic.tertiò quia,lib.2.*Syluest.Aldobr.*consil.2. num. 111.* quæ ratio est similiter filiorum exclusiua, Bald. *consil. 411. num. 11. lib. 1.* dum loquitur de ipsomet statuto Mediolan. quo casu liberi ex matre sic exclusa, non succedunt tanquam si essent nati ex alia extranea persona,iuxta *l.ex facto,§.ex facto, ff. ad Trebell.* Paul.*ibi num. 2. & 3.* Alex. *num.2. & seqq.* Francisc. Ripa *num.1. & 11.* Honded. *cons. 67. numero 18. lib. 1.* Alex. Raudens. *tract.de Analog.lib.1.cap. 34. numero 10.*& hanc Pauli verissimam sententiam probat, vltra relatos,Simon de

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

de Præt. *conſ.* 98. *lib.* 1.

Et auctoris concluſio limitatur, quando filius non ex perſona matris, ſed proprio iure, & ex propria perſona venit, quo caſu ſpecialis vocatio, etiã matre excluſa, præualet, Bald. *in l. pactum dotale, numer.* 21. *C. de collat. & in authentica ceſſante, numer.* 3. *C. de legit. hæred.* Fulgoſ. *conſil.* 85. *ſub numer.* 2. Caſtill. *lib.* 3. *cap.* 15. *numer.* 59. *&* 70. *& tom.* 5. *cap.* 161. *numer.* 10. *verſic. præterea.* Iacob. Menoch. *conſil.* 802. ſuper comitatu de Duenaz & Buendia *numer.* 51. *&* 52 *lib.* 9. Cardinal. Mantic. *lib.* 8. *de coniect. tit.* 18. *num.* 72. *&* 75. Anton. Fab. *de error. prag. tom.* 2. *decad.* 28. *errore* 8 *col.* 2. *folio nobis* 242. Rota *deciſ.* 14. *num.* 6. *&* 7. *ſacri Palatij parte* 2. idque repetit auct. in allegatione pro ſucceſſione Regni Portug. *ex numer.* 39.

Num. 43. & 44.

IN hanc ſententiã propendunt Petr. Surd. *conſil.* 315. 319. *&* 443. Iacob. Menoch. *conſil.* 172. *&* *conſil.* 401. *&* 1036. Tiber. Decian. *conſil.* 127. *num.* 15. *vol.* 3. Ioan. Zephal. *conſ.* 581. Flores Diaz de Mena in addit. ad Gam. *deciſ.* 295. Valent. Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib* 3. *cap.* 14. *numer.* 3. Enric. Roſent. *de feud. quæſtione* 36. *cap.* 7. *num.* 14. Rota per Farinac. *deciſione* 643. *num.* 13. *parte* 2. *in nouiſſ.* Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæſt.* 6. *ex num.* 259. Velazq de Auend. *in l.* 40. *Tauri, gloſſ.* 9. *numer.* 74. & cum hac diſtinctione, an agnati maſculi ſint, qui plurimi tranſeunt, relati à Menoch. *conſ.* 930. *numer.* 20. *lib.* 18. M. Ant. Peregrin. *tract. de fideicomm. artic.* 26. *ex num.* 1. Simon de Præt. *de interpretatione vltim. voluntat. lib.* 3. *interpr.* 3. *dub.* 1. *ſolut.* 11. *numer.* 7. *&* 24. Fontan. *tract. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 25. *numer.* 15. Michaël de Aguerre in Apologia pro ſucceſſione Regnorum Portug. *numer.* 255. *&* 3. *part. num.* 81. Philipp. Paſc. *tract. de viribus patr. poteſt* 4. *part. cap.* 9. *n.* 41. Petr. Surd. *conſil.* 308. *ex numero* 1. *& conſil* 5. *num.* 12. *& conſ.* 6. *numer.* 3. *lib.* 1. Petr. Cauall. *conſil.* 118. *num.* 5. *&* 7. & ita refert deciſum Ant. Fab. *lib.* 6 *Cod. t. t. de verb. ſignif. defin.* 1. *&* 2. de qua re actũ eſt *ſuprà lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 22. *verſic. hæc autem regula, & infrà num.* 71. *&* 72.

Num. 45. *vſque ad* 50.

VAriè iactatum eſt ab interpretibus, vtrùm maioratus inſtitutio, ex qua vocantur filij maſculi, vel deſcendentes maſculi, de maſculis ex maſculis tantùm, an verò etiam de maſculis ex fœminis intelligenda ſit? de qua re contrariæ ſunt Doctorum ſententiæ, quas refert Caſtill. *tom.* 6. *cap.* 129. *numero* 40. *&* *cap.* 133. *num.* 10. *verſic. eſt tamen.* §. *vnico eiuſdem capitis, ex numer.* 1. *& ex n.* 6. & Menoch. *conſil.* 1228. *ex num.* 30. *lib.* 13. Horum controuerſia notiſſima diſtinctione ſolet ad concordiam reduci.

Primus caſus diſtinctionis eſt, quòd vbi agitur de conſeruanda agnatione maſculorum, vocatio tantùm maſculos ex maſculis, non verò ex fœminis comprehendit, Cardin. Mantic. *tract. de coniect. vlt. volunt. tit.* 18. *num.* 20. Iacob. Menoch. *conſ.* 802. *numer.* 36 *lib.* 9. Petr. Surd. *conſil.* 308. *num.* 14. *lib.* 3. Marc. Ant. Peregrin. *tract. de fideicommiſſ. artic.* 26. *num.* 11. Anton. Gam. *deciſione* 194. Rota *deciſione* 15. *num.* 2. *&* *deciſione* 130. *num.* 9. *parte* 1. *diuerſorum*, Anton. Faber *lib.* 6. *Codicis, tit. de verborum ſignificatione, definitione* 1. Vincent. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 325. *num.* 10. vbi in fortioribus terminis, videlicet quando deſcendentes vocantur abſque expreſſione maſculinitatis, & hoc procul dubio verum eſt, quando maſculi diſpoſitiuè vocantur, excluſis fœminis, quo caſu excluditur maſculus ex fœmina, etiam ſi ſit filia vltimi poſſeſſoris, &

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in hoc ſenſu practicari poteſt doctrina Ricardi de Malũbre, de qua *in præſenti*, Tiber. Decian. *reſp. 12. num. 15. & 19. volum. 3.* antè Bellonus *conſil. 72. & conſil 73. numer. 9.* & alios referens D. Ioan. del Caſtill. *tom. 5. quotid. controuerſ. cap. 92. ex num. 2.* & adducta *ſuprà numer. 25. & 29 in fine, & 37. & 38.* quibus oſtenſum eſt, quòd apertè ratio cõſeruandę agnationis ex maſculorum vocatione comprehenditur: & hæc eſt communis ſententia, quidquid alij contrarium ſentiant.

Secundus caſus diſtinctionis eſt, quando maſculorum vocatio non fit animo conſeruandæ agnationis, tunc dubio procul appellatione maſculorum filiorum, vel deſcendentium maſculorum, maſculus ex fœmina comprehenditur, vt *in præſenti numero 48* & in allegatione pro ſucceſſione Regnorum Portugal. *part. 2. numero 42.* & comprobant Cardinal. Mantic. *vbi ſuprà num. 26.* M. Ant. Peregrin. *dict. art. 26. numer. 1.* Ant. Fab. *de error. pragm. decad. 28. cap. 8.* Simon de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpretatione 3. dub. 1. ſolutione 11. num. 7. & 24.* Alex. Raudenſ. *lib. 1. de Analog. cap. 15. numero 15.* Gam. *deciſione 294.* Rota *deciſ. 6. parte 1. diuerſ. & deciſ. 15. numer. 11. & deciſ. 150. numer. 9. parte 2. diuerſorum.* Mier. *2. parte de maiorat. quæſtione 6. num. 55. verſic. in hac etiam materia.* Velazq de Auend. *in l. 40. Tauri gloſſ. 9. numer. 74.* Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt. 41. numer. 5.* Ioan. Garc. *de nobilitate in diuiſ. oper. numer. 33.* Cald. Pereir. *de nominatione emphyt. lib. 3. cap. 50. numer 30.*

Tunc verò ratio cõſeruandæ agnationis ceſſat, quando maioratus inſtitutor vocauit filiam ſuam, & deſcendentes maſculos ex ea, vt *hîc*, exempli gratia, obſeruat auct. in qua ſpecie auctoris ſententia veriſſima eſt, & praxi recepta, ídque in cauſis magni ponderis deciſum, ſcilicet in quadam lite ſuper ſtatu de la Starada, in qua obtinuit D Chriſtophorus de Luna, maſculus ex fœmina, contra D. Petrum de Luna, maſculum ex maſculo, & in alia lite, quæ vertebat inter D. Didacum de Auila, etiam maſculum ex fœmina, & Marchionem de Velada maſculum agnatum, & rurſus fuit pro hac parte obtentum in cauſa ſuper Ducatu de Veragua, in magno Indiarum cõſilio.

Neque huic receptiſſimæ concluſioni oppoſitum fuit, quod aliqui pragmatici contra maſculos ex fœmina probare conantur: ex adductis *in quinta concluſione huius capitis*, vbi concludit auctor, quòd excluſa aliqua fœmina propter maſculos, eius deſcendentes excluſi cenſentur; *& in ſecunda concluſione*, vbi probatur, quòd maſculorum vocatio excludit admiſſionem fœminarum: ſi hæc ita vera ſunt, quomodo appellatione deſcendentium maſculorum, maſculus ex fœmina cõprehendi poteſt? nam ſi per ſecundam concluſionem ſub hac appellatione fœmina nunquam admittitur, & per quintam concluſionem, deſcẽdentes ex fœmina excluſa, excluſi cẽſentur. Ergo maſculus ex fœmina, etiam vbi de agnationis conſeruatione non agitur, ſub vocatione deſcendentium maſculorum non comprehenditur.

Retenta verò auctoris ſententia, pro ſolutione prædictorum ſciendum eſt, multum intereſſe vtrùm fœmina vocetur, & admittatur; an verò à maioratus ſucceſſione excludatur? Priori caſu eius deſcendentes appellatione maſculorum deſcendentium, admiſſi cenſentur, in qua ſpecie loquitur auctor *hîc num. 48.*

Secundo caſu, niſi hi deſcendentes ex propria perſona veniant, tanquam ex radice infecta excludi debent, prout in quinta concluſione actum eſt. Et hæc differentia inter fœminam admiſſam,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

admissam, & inter fœminam exclusam, notissima est his qui passim in Hispanorum primogeniis versantur.

Num. 50.

His adde Petr. Surd. *consil.* 316. *num.* 3. *lib.* 3. *& consil.* 308. *numer.* 15. *& consil.* 443. *numer.* 13. *& consil.* 448. *num.* 6. Menoch. *consil.* 44. *numer.* 10. *lib.* 1. *& consil.* 1212. *num.* 5. *lib.* 13. *& de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 69. Marc. Ant. Peregrin. *tract. de fideicommiss. art.* 23. *numero* 26. Anton. Petr. *eodem tract. quæstione* 9. *num.* 19. Aluarad. *de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. §. 4. Garc. *de nobilit. in decisione operis numer.* 33. Ioann. Gutier. *consil.* 13. *num.* 23. Giurb. *decis.* 32. *numer.* 15. D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 4. *num.* 178. *& tom.* 5. *cap.* 9. *num.* 3. Vincent. Fusar. *de substitut. quæst.* 499. *num.* 22. Ioseph. Ram. *consil.* 100. pro Duce de Cardona *ex numer.* 406. Perez de Lara *tract. de vita hominis cap.* 30. *num.* 94. *& 95.* Sed hoc nō indistinctè verum est; dicendum est ergo consequenter, quòd aut agnatio contemplata est simpliciter, & absolutè, & in hac specie dubio procul auctoris sententia vera est, prout *suprà numer.* 25. 29. *&* 37. apparet, & ratio pendet ex eo, quia per solos masculos, & non fœminas, conscribitur agnatio, dicuntur enim agnati, quasi ab eodem patre nati, vt *suprà num.* 3. & verbum *agnatio*, latissimū est, & propriè lineam non habet. Anchar. *cons.* 65. quia sumitur pro tota agnatione, & non reperitur habere specialem significationem, sed ex sua propria comprehendit omnes, qui sunt per virilem sexum coniuncti, & in hoc agnatio distinguitur à familia & linea: vt per Tiber. Decian. *consil.* 86. *num.* 29. *vol.* 3. Iacob. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 88. *numer.* 19. *versic. tertius est casus.* tum etiam, quia interueniente fœmina, cessat agnatio, ex auctore *sup. in principio.*

Aut agnatio contemplatur ad certos gradus, vel ad certas personas restricta, & tunc nil impedit, quòd procedit, quando id à testatore expressum fuit, tunc verò etsi fœminæ, vel aliqui cognati vocentur in personis specificatis, ratio conseruandæ agnationis non cessat, in quam sententiam propendunt auctor *in vers. ex quibus*, cum relatis *suprà*. Qui omnes, & plures alij, qui ad hoc possent allegari, eandem sententiam tenent, neque venit in dubium, quòd ratio conseruandæ agnationis ad certos gradus potest restringi, ex Bald. *cons.* 40. *num.* 1. *lib.* 3. Rota *decis.* 175. *lib.* 2. & ita fuisse iudicatum in Rota, Decian. *cap.* 127. *numero* 15. *cum seqq.* qui apertiùs loquitur in casu, quo maioratus institutio à fœmina incipit, & in eadem specie vide *in fine*, & Caualc. *decis.* 18. *num* 88 *vers. sed ad finem.* Riminald. *cap.* 13. *num.* 83 *lib.* 1. *& cap.* 317. *numer.* 26. *lib.* 3. eadem Rota *decis.* 203. 1. *part. tom.* 1. *in nouissimis.* Paul. *consil.* 41 *numer.* 2. *versic.* 13. vbi communem dicit *lib.* 1. Gratian. *cons.* 3. *num.* 80. *& cons.* 120. *ex num.* 26. *& numer.* 48. *lib.* 2 Curt. iun. *consil.* 113. *numer.* 14. Ant. Rub. *consil.* 35. *numer.* 4. *& consil.* 47. *numer.* 3. Socin iun. *consil.* 69. *numer.* 10. *lib.* 3. Andr. Alciat. *resp.* 15. *num.* 6. *lib.* 8 propterea compatibile est, testatorem voluisse conseruare agnationem in personis magis dilectis, & non in aliis, Zephal. *cons.* 251. *numer.* 16. *&* 48. *cum seqq.* vbi alios allegat: Cardin Mantic. *lib.* 8. *de coniect. tit.* 28. *numer.* 17. Petr. Surd. qui in comprobationem refert auctorem, *cons.* 443. *num.* 41. *& cons.* 475. *ex numer.* 14 idem *decis.* 66. *num.* 21. *verbo, quod verò dictum est.* Thesaur. *decis.* 88. Alex. Ambros. *decis. Perus.* 10. Giurb. *decis.* 32. *num.* 34. Feb. *decis.* 39. *numer.* 15. Aluarad. *de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 354 Garcia *de nobilit.* vide *in fine operis numer.* 33. Salazar *de vsu & consuet. cap.* 12. *numero* 64. Ludouic. de Casanate *consil.* 4. *ex num.* 217. Ioann. Gutier. *consil.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

13. *numer.*23. & 35. Rota Romana *decis.* 203 1.*parte tom.* 1. *in nouissimis.* Franciſc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *cap.* 24. *ex num.* 135. Iacob. Menoch.*lib.*4. *præſumptione* 38.*numer.*19. Ioſeph.de Cumia *in cap. ſi aliquem, de ſucceſſione feudi.* Mier.*de maiorat.* 2. *part. quæſt.* 6. *numer.*42 & 65. Marc.Ant.Peregrin.*tract.de fideicommiſſ. art.*25. *num.* 26. &, auctore relato, Caſtill.*lib.*5. *cap.*92. *à numer.*4. *cum ſeqq.* & *num.*14. Perez de Lara *de vita homin.cap.* 30. *numer.*114. Vincent. Fuſar. *de ſubſtit. quæſtione* 499. *num.* 23. & 24. Sed in hac materia poſſunt plures caſus adduci, quos recenſere operæpretium erit.

Primus caſus eſt, quando priùs vocantur maſculi, & eorum deſcendentes maſculi, & poſteriùs in defectum omnium maſculorum fœminæ vocantur, in qua ſpecie præſcripta eſt agnatio in maſculis, & eorum deſcendentibus maſculis, nec reſtringi debet per vocationem fœminarum poſtea factam,ex adductis proximè.

Secundus caſus eſt, quando vocantur priùs fœminæ, & poſteriùs omnes agnati, & in hac ſpecie idem quod in priori caſu iudicandum eſſe cenſuerunt Petr. Surd. *conſil.* 475. *numero* 20. Tiber. Decian. *reſp.* 120. *vol.*3. Caualc. *deciſione* 18. *num.* 88 *lib.* 3. Zephal. *conſil.*251 *numer.* 48. Paul Pariſ. *conſil.*19. *numer.* 28. *lib.* 2. Carol. Ruin. *conſil.* 110. *num.* 14. *volum.* 2. Paul. de Monte Pico *conſil.*69. *num.*122. Rub.*conſil.* 22.*num.*10. Cardinalis Mantica *lib.* 8. *de coniect. tit.* 18. *numer.* 17. Put. *deciſ.* 175. Nos verò in vtroque caſu auctoris ſententiam probamus,*in dict.verſic. ex quibus*, & aſſeueramus, quòd niſi ratio agnationis abinſtitutore maioratus expreſſa ſit in maſculis, nullo modo poteſt conſiderari vocata fœmina in aliqua parte diſpoſitionis.

Tertius caſus eſt,quãdo permixtim agnati & cognati ſimul ad ſucceſſionem maioratus vocãtur, in qua ſpecie procul dubio vera eſt auctoris ſententia *in dict.num.*50 Gabr. *conſil.*91. *num.*7. & 24. *lib.*1. Caſanet. *dict.conſ.*23. *num.*4. M.Ant. Peregrin. *tract. de fideicomm. art.* 25.*numer.*27.

Num. 51.

COntra neptẽ plura adducit Menoch. *conſ.*95 *numero.*90. vbi quinquaginta & tres DD. refert, & *conſil.* 150.*num.*54.& *conſil.*204. *num.*56. & *lib.* 4.*præſumptione* 85. *num.* 8. & quando filius debeat eſſe melioris conditionis quàm mater, vide Ioſeph. de Ruſtic. *in l.cùm auus,lib.*3.*cap.*9.Iacob.Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 85. & *conſ.* 802. *num.* 55. *num.*8 M.Anton.Peregrin.*conſil.*85.*num.* 2. Rota *deciſ.*15. *numer.* 6. & 7. Zephal. *conſil.* 103. Gregor. *in l.* 3. *tit.*13. *parte* 6. gloſſa magna *quæſt.*22. D.Ioan. del Caſtill.*lib.*2. *controu. cap.*4. *num.* 16. Mier.2. *parte quæſt.*6. *num.*52. Ioſeph.de Ramon *conſil.*15.*numer.*82.

In qua materia communis omnium interpretum reſolutio eſt, quòd aut filius proprio iure, & ex propria perſona ſuccedere contendit, aut iure tranſmiſſionis,& ex perſona matris, prout optimè diſtinxerunt Cardin. Mantic. *lib.*11. *tit.*20.*numer.*7.Menoch. *conſil.*106. *num.* 396. *vol.* 2. Ioann. Gut. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 67. *numer.* 20. Molin. *infrà cap.* 6. *n.*39.& 43. Priori enim caſu, melioris conditionis debet eſſe filius, quàm mater, nam etiam matre excluſa,filius non cenſetur excluſus, Bald.*in l.pactum dotale,numer.*21. *in fine,C.de collat.*Cardin. Mantic. *lib.* 8.*de coniect. tit.* 18. *numer.*49. & latiùs *num.* 75. Rota *dict. deciſione* 15. *num.* 6. & 7. *parte* 2. diuerſ. Sacri Palat. Menoch. *dict. conſil.* 802, *numer.* 51. & 52. *lib.*5.

Secundo verò caſu, ſi filius ex iure tranſmiſſionis ac repræſentationis ſuccedere contendit, & mater in cuius locum ingreditur, ab eius ſucceſſione

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sione excluditur, eodem modo excluſus cenſetur, ne deterioris conditionis ſit mater, quàm filius, vt in præſenti, ex ſuperiùs adductis.

Num. 52.

COncludit auct. ibi, *verſic. hæc autem*, quòd vbi in maioratu agnationis conſeruationis ratio expreſſa eſt, tunc neptis à ſucceſſione excluditur: ſecus verò ſi id vel expreſsè, vel tacitè non comprehenditur: de qua re vide Peregrin. *de fideicomm. art. 25. num. 20. verſic. verùm opinio eſt*, Iacob. Menoch. *conſ. 95. numer. 22. vol. 1. & præſumptione 85. numer. 12. lib. 4.* Ludouic. de Caſan. *conſil. 6. num 31.* Theſaur. *deciſione Pedem. 188.* vbi aliquos caſus diſtinguit Caſtill. *tom. 5. cap. 133. numer. 11. verſ. præterea.* Viuius *deciſ. Neapolit. 414. num. 17.* Rota per Ludouiſ. *deciſione 514* & pro nepte quando non contẽplatur agnatio, plura adducit Giurba *deciſione 32. ex num. 31.* & auctoris ſententia veriſſima eſt, fortiùs in Hiſpanorum primogeniis, vbi excluſio fœminarum debet eſſe expreſſa, aut per neceſſe concludens, & ſubintellecta, prout *cap. 4.* oſtenſum fuit.

Num. 53.

PRoſequitur Ioſeph. Ram. *conſil. 17. num. 25.* & de affectione maiori erga natos, tempore diſpoſitionis, vide Socin. *conſil. 69. num. 3. vol. 3.* Iacob. Menoch. *conſil. 1. num. 185. & conſ. 106. num. 13. & præſumpt. 16. num. 8 lib. 4.* Ioan. Zephal. *conſil. 101. num. 23.* Cardin. Mantic. *lib. 4. de conject. tit. 8. num. 2. lib. 6. & tit. 11. num. 5.* Franciſc. Burſat. *conſil. 218. num. 33.* Andr. Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo filios, num. 1. & 2. C. de reuoc. donat.* Mier. *de maiorat. 2. parte quæſt. 6.* Vincent. Fuſar. *de ſubſt. quæſt. 476. num. 19. & 468. numero 18.*

Num. 54.

OStenſum eſt *ſuprà num. 51.* quibus adde Menoch. *lib. 6. præſumptione 4. 5. & 6.*

Num. 55.

QVotieſcumque in materia fœminarum excluſiua inſtitutor maioratus diſcretiuè de filiis maſculis & filiabus diſpoſuit, verbum *filiorum* filias non comprehendit. Iacob. Menoch. *conſil. 110. num. 24. lib. 2. & lib. 4. præſumptione 181. num. 8.* Petr. Surd. *conſ. 403. num. 22. vol. 3.* Tiber. Decian. *conſil. 47. num. 18. & conſil. 34. num. 65. vol. 3.* Paſcet. *conſil. 135. num. 11.* Cardin. Mantic. *lib. 11. de coniect. tit. 13. num. 20.* M. Ant. Peregrin. *tract. de fideicomm. artic. 25. numero 45.* Stephan. Federic. *de qualitatibus contract. cap. 50. num. 26.* Cardin. Tuſc. *tom. 5. concluſione 101. num. 71.* Rota *deciſione 374.* Domin. *parte 1. diuerſorum*, Cæſar Barz. *deciſ. 8. num. 8.* Mier. 2. *parte de maiorat. quæſtione 4. illatione 8. num. 15.* Vincent. Fuſar *de ſubſtitut. quæſt. 385. num. 32.* Ioſeph. Ramon *conſ. 15. num. 35.* quorum ſententia veriſſima eſt, & comprobatur, maximè auctoritate textus *in l. cùm in teſtamento, §. qui tres filios, ff. de hæred. inſtit.* gloſſ. *verbo maſculina, in clementina de pœn.*

Num. 56. 57. & 58.

VErſic. *ſed quamuis.* De hac re plura cumulat Rota *deciſione 514. numero 6.* in recollectis per Ludouiſium, vbi dixit hanc concluſionem veriorem eſſe, & auctorem refert & ſequitur, & *ibi* addit *numero 17.* vbi cum Anania tenet, & aliquas Rotæ deciſiones adducit, ſubdens ſemper pro negatiua Rotam ſenſiſſe, & tantùm ab hac opinione recedere, caſu quo tacitè, ſiue

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

expresè contrarium colligi possit, vt *hîc num.* 8. & quamuis Decius *consil.* 15. *suprà* relatus *num.* 56. contrarium teneat, hanc opinionem contra Decium tuetur [illegible], dicens quòd malè, & pecunia corruptus, consuluit, & iterum [illegible] Decium [illegible], & contra illum consuluit Socin.iun. *consil.* 26. *numero* 11. *lib.* 4. *& consil.* 128. *num.* 233. *lib.* 1. & idem [illegible] Hieron. Gabr. *consil.* 96. *num.* 36. *ad fin.* & quòd contra Decium sit ista magis communis opinio, & quòd pecunia corruptus fuerit, tradit Tiber. Decian. *consil.* 1. *ex num.* 218. *lib.* 2. & in idem plura adducunt Riminald. *consil.* 112. *num.* 15. *& num.* 160. idem *cons.* 122. *num.* 59. *& num.* 23. Honded. *consil.* 75. *num.* 32. *lib.* 1. Cardin. Mantic. *lib.* 6. *de coniect. cap.* 13. *num.* 8. Marc. Ant. Peregrin. *tract. de fideicomm. artic.* 25. *num.* 33. Achil de Pedroch. *cons.* 5. *num.* 81. dicens magis receptam Iacob. Menoch. *consil.* 326 *num.* 49. *lib.* 4. *& cons.* 802. *num.* 19. *&* 90. *& cons.* 803. *num.* 10. Ioan. Garc. *tract. de nobilitate, ex diuisione operis num.* 13. Velazq de Auend. *in l.* 40. *Tauri gloss.* 9. *numero* 42. Mier. *de maiorat.* 2. *parte, quæst.* 6. *num.* 7. D. Ioan. del-Castill. *tom.* 2. *controuers. cap.* 4. dicens hoc ex coniecturis pendere, Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *num.* 151. Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 385. *num.* 29. & latiùs *quæstione* 403. *ex numero* 1 Ioseph. Ramon *cons.* 100. pro Duce de Cardona *num.* 391 *&* 392. Don Francisc. de Leon *decis.* 73. *ex num.* 25. *tom.* 1. quorum sententia fortiùs in Hispanorum primogenitis debet practicari, cùm hoc verbum ad exclusionem fœminarum supplendũ non sit, vt *suprà cap.* 4. dictum est, & in specie sic probant Petr. Surd. *cons.* 241. *num.* 33. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 803. *num.* 24. *lib.* 9.

Idque procedit, etiamsi in contractu maioratus institutus fuerit, ex Bartol. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, num.* 4. *ff. de verborum oblig.* Augustin. Beroy. *consilio* 120. *ex num.* 70. *& cons.* 73. *numero* 85. *lib.* 2. Riminald. *dict. cons.* 113. *num.* 35. *&* 36. Andreas Alciatus *consilio* 96. *numero* 31. de qua re Fusar. *quæst.* 403. *num.* 33.

Num. 57.

PRosequitur Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 403. *num.* 4.

Num. 58.

OPinio Ananiæ, de qua *suprà num.* 56. in præsenti taxatur, quando ratio conseruandæ agnationis expressa, vel subintellecta est, quo casu qualitas masculinitatis in vna parte dispositionis expressa ad aliam referenda est, & præter auct. id comprobant Riminald. iunior *cons.* 19. *numer.* 56. *lib.* 1. *& cons.* 676. *numer.* 37. *lib.* 6. Iacob. Menoch. *cons.* 95. *numero* 82. *& cons.* 97. *numero* 152. *& cons.* 185. *numero* 14. *& præsumpt.* 84. *num.* 6. Rota per Ludouisium *vbi suprà numero* 56. & *ibi* Addit. & per Farin. *decis.* 354. *ex numer.* 4. *parte* 2. *in nouiss.* Thesaur. *decis.* 188. *numero* 3. Vincent. Fusar. *dict. quæst.* 403. *num.* 12. quorum sententia in iudicando & consulendo verissima est.

Num. 59. *vsque ad* 62.

MAsculinitatis qualitas in vna parte adiecta, censetur in alia parte repetita, in vna & eadem oratione, quæ ab eodem verbo regitur, & inter easdemmet personas; secus verò in separatis orationibus, & inter easdem personas. Hæc est auctoris conclusio vsque ad versic. *sed quamuis*, quam probant præcipuè Riminald. iunior *cons.* 80. *num.* 22. Burg. de Paz *cons.* 29. *num.* 68. Siluan. *cons.* 64. *num.* 1. Panzerol. *cons.* 161. *num.* 10. *vsque ad num.* 13. Pedroch. *cons.* 5. *num.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca